DE

METRIS GRAECIS QUAESTIONES ONOMATOLOGAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM SCRIPSIT
ATQUE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN
UNIVERSITATE GRYPHIENSI
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
DIE IX. MENSIS AUGUSTI ANNI MDCCCLXXXVIII
HORA XII
UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS
PUBLICE DEFENDET

OSCARUS LEICHSENRING
POMERANUS.

ADVERSARII ERUNT:
A. HAEGER, CAND. PROB.
G. KIRCHNER, SEM. REG. PHIL. SOD. ORD.
R. MUELLER, SEM. REG. PHIL. SOD. ORD.

GRYPHISWALDENSIAE
TYPIS IULII ABEL.
1888.

PATRUO OPTIMO

THEODORO LEICHSENRING

SACRUM.

Horatium eorum metrorum, quae ex Graecorum poesi lyrica petivit atque ad carmina latina transtulit, leges nequaquam ex carminibus ipsis hausisse primus intellexit W. Christius[1]), qui haec praecepta utpote eo tempore in scholis usitata a magistro illi tradita esse contendit. Ut cetera praetermittam Horatii ille mos quo omnem versum incisione dissecuit fluxit ex ea lege, quae apud Varronem[2]) exstat, omnes versus, qui dimetri modum egrediantur, incisionem qua in duo dividantur cola flagitare. Atque Varro ipse, cum parum consentaneum videatur eum haec metrica praecepta invenisse et quasi condidisse leges ex Graecis artium scriptoribus sumpsit. Sed quos auctores Varro in rebus metricis praecipue secutus sit ex tam paucis doctrinae vetustae reliquiis expiscari difficile est. Haec quaestio alia via est disceptanda, quam monstravit A. Kiesslingius in praefatione editionis Horatianae et in commentatione Horatiana (Philologische Untersuchungen II) scilicet ex accurato nomenclaturae metrorum examine.

Cum ea metra, quae pedibus iisdem iteratis constabant, metricis negotium non exhiberent, horum appellationes facillime

---

1) Die Verskunst des Horaz im Lichte der alten Ueberlieferung. München 1868.

2) Fragm. 69 apud Willmannsium „M. Terentii Varronis librorum grammaticorum reliquiae“ p. 199: *versus est, ut Varroni placet, verborum iunctura, quae per articulos et commata ac rythmos modulatur in pedes. incipit autem a dimetro et procedit usque ad hexametrum.* Cum his consentit Marius Victorinus (Grammat. lat. ed. Keil VI. p. 54) *omnis autem versus κατὰ τὸ πλεῖστον in duo cola dividitur; abusive autem etiam comma dicitur colon. his quidam adiungunt stichum, id est versum, sub huius modi differentia, ut sit versus qui excedit dimetrum, colon autem et comma intra dimetrum.*

constitui poterant atque paene ultro se offerebant. Gravissimae autem difficultates oboriebantur, sicubi variae melicae formae atque compositi quibus Archilochus usus erat numeri essent discribendi et designandi. Hos versus cum recte intellegeretur perspicuam lyricae cuiusdam strophae speciem formamque positam esse non posse in simplici singulorum pedum enumeratione, metrici ex usitatissimis numeris, scilicet ex hexametro dactylico et trimetro iambico, aut adiectione aut detractione aut concinnatione aut permutatione[1]) derivare conati sunt[2]). Jam ut varii poëseos lyricae versus brevi uterentur significatione, ratio metrorum appellandorum erat invenienda itaque metris nomina indita sunt a poëtis ducta idque aut ab eo qui primus aut ab eo qui frequenter iis usi erant. A. Kiesslingius l. l. de tempore quo haec nomina sint orta, haec suspicatus est: „dass das so entstandene System von Bezeichnungen wohl nur der besten Zeit griechischer Gelehrsamkeit entstammen könne, lehrt ein Blick auf die Namen der versus Aeschrionii, Asclepiadei, Chaeremonii, Choerilei, Glyconei, Phalaecei, Pherecratei, Philicii, Praxillei u. s. w.“

His viri doctissimi verbis impulsus, ut quo tempore et quo loco hic metrorum nominandorum usus sit ortus investigarem, nullam aptiorem esse viam putavi quam ut omnia illa quae exstent in scriptorum et latinorum et graecorum libris metra, quibus nomina ab auctoribus aut cultoribus essent data, colligerem et brevi in conspectu ponerem.

Inveniuntur haec metrorum nomina:

---

[1]) cf. Caes. Bass. (Gramm. lat. ed Keil VI) p. 271.

[2]) hanc derivationem metrorum non esse lusum Varronis ut Christius l. l. p. 30 putavit, inde elucet quod iam Heraclides Ponticus philosophus hexametrum heroum et trimetrum iambicum eadem esse metra mythica ratione declaraverat ap. Athenaeum XV. 701: τὸ δὲ ὑφ' Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ λεχθὲν φανερῶς πέπλασται ἐπὶ σπονδαῖς τοῦτο πρῶτον εἰς τρὶς εἰπεῖν τὸν θεὸν οὕτως „ἰὴ παίαν, ἰὴ παιάν, ἰὴ παιάν.“ ἐκ ταύτης γὰρ τῆς πίστεως τὸ τρίμετρον καλούμενον ἀνατίθησι τῷ θεῷ φάσκων τοῦ θεοῦ τοῦθ' ἑκάτερον εἶναι τῶν μέτρων· ὅτι μακρῶν μὲν τῶν πρώτων δύο συλλαβῶν λεγομένων ἰὴ παιὰν ἡρῷον γίγνεται, βραχέως δὲ λεχθεισῶν ἰαμβεῖον, docuit Kiesslingius.

1) Aeschrionium metrum

⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑, ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏒

Mar. Vict.[1]) VI. p. 105.
Atil. Fortunat. VI. p. 293. 299[2]).

2) Aeschylium metrum.

⏑ - — ⏑ — ⏑ — — ⏒ ⏒

Mar. Plot. VI. p. 538.

3) Alcaicum metrum

a) hendecasyllabum (primum colon strophae Alcaïcae)

⏑ — ⏑ — ⏒ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏒

Hephaest.[3]) p. 84, 17.
Caes. Bass. VI. p. 268. 306, 16.
Mar. Plot. VI. 541, 3. Mar. Victorin. VI. 166, 11. 172, 20.
Atil. Fortunatian VI. 297, 9. Diomed. I. 509, 32. 520, 29. 521, 30. Serv. Centimet. VI. 466, 17. Mall. Theodor. VI. 591. frgm. Bobiens. VI. 629, 17.

b) enneasyllabum — tertium colon —

⏒ — ⏑ — ⏒ — ⏑ — ⏑

Caes. Bass VI. 268. Mar. Plot. VI. 541,10.
Mar. Victorin. VI. 81,24. Serv. Centimet. IV. 548, 14.

c) decasyllabum — quartum colon —

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑

Hephaest. p. 47, 1. Tricha de metris p. 20.
Caes. Bass. VI. 269 Mar. Victorin VI. 111, 31. 126, 19. Serv. Centimet. IV. 466, 20.

d) *δωδεκασύλλαβον.*

⏒ — ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑

---

[1]) Locos metricorum latinorum ex H. Keilii corpore grammaticorum latinorum voluminis, in quo leguntur numero adposito petivi.

[2]) Atil. Fortunat. VI. 293. 299. versui ithyphallico nomen dedit aeschrionio. Codices utroque loco praebent aut *escronium* aut *ascronium*. Keilius coniecit *aeschrionium* et annotavit: *qui ita metrum aeschrionium diviserunt, ut post penthemimeres iambicum et dactylum sequeretur ithyphallicus, ad extremam versus partem nomen metri transtulisse videntur.*

[3]) Hephaestionis locos attuli secundum alteram editionem Gaisfordii. Oxonii 1855.

Heph. p. 85, 10. (codd. praebent partim *Ἀλκμαϊκὸν* partim *Ἀλκαϊκὸν*).

Mar. Vict. VI. 88, 32 [1]) Serv. Centimet. IV. *463, 24. *465, 16.

4) Alcmanium metrum.

a) — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑

schol. ad Aristoph. nub. v. 456 (sed catalectica forma).

Mar. Victorin. VI. 73, 13 115, 9. Serv. Centimet. IV. 460, 30.

b) ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Mar. Plot. VI. 521. Serv. Centimet. IV. 458, 16 [2])

c) ⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑

schol. Pindar. ed. Boekh p. 290. 291. Tzetzes [3]) p. 154.

Serv. Centimet. IV. *459, 17; *460, 21; *460, 25; *460, 30; *460, 32; *461, 17; *462, 10; *462, 18; *462, 24; *462, 25.

5) Anacreontium metrum

heptasyllabon ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓

Hephaest. p. 32, 10. schol. ad Aristophanis av. v. 1313. ran. v, 384. Plut. v. 253.[4]) equit. v, 756.[4]) schol. Pindar. ed. Boeckh p. 17. 18. 20 [4]) Tzetzes p. 86.[4])

---

[1]) Mar. Victor. l. l. affert *pentametrum antispasticum acatalectum alcaïcum*

*) ea metra, quae a forma in fronte uniuscuiusque metri notata recedunt, asterisco apposito significavi, de quibus in altera dissertationis parte in universum agetur.

[2]) Mar. Victor. VI. 143. 20 dicit de hoc metro *nam ex trimetro iambico archilochio iambicus pede minor, quem etiam decasyllabon vocant, figuratus est ab Alcaeo, unde et alcaïcus dicitur, ut „beatus ille quem potens deus.“*

Mar. Plot. VI 521 et Serv. Centimet. IV. 458, 16 eundem versum nominant alcmanium. Cum verisimile videatur, hos tres metricos ad idem respicere metrum, apud Marium Victorinum *alcaïcum* mutandum esse in *alcmanium* puto. Nam nomen decasyllabi alcaïci datur metro hac forma — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑. Alcaïcum et alcmanium saepe commutari cognoscitur cum ex diversa codicum scriptura — cf. Heph. 85, 10 — tum ex schol. Pindar p. 435 ed. Boeckh.

[3]) Tzetzes *περὶ Πινδαρικῶν μέτρων* in Anecdot, graec. ed. Cramer Oxoni 1839.

[4]) nomen metri translatum videtur a forma catalectica ad acatalectam.

Quintil. inst. orat. IX. 4, 78: *atqui Plato, diligentissimus compositionis, in Timaeo, prima statim parte, vitare ista non potuit. Nam et initium hexametri statim invenias, et Anacreontion protinus colon efficias et si velis trimetron.*

Caes. Bass. VI. 261, 24. 263, 16.

Terent. Maur. v. 2850 sqq. Mar. Plot. VI. 520. *514. *529. *536. Mar. Victorin VI. 81. 88, 28[1]) 143. Atil. Fortun. VI. 293, 10. Diomed. I. 510, 18[2]) 520. 21.[3]) Serv. Centimet. IV. 458, 10. *458, 25. *459, 2. *460, 7. *463, 8, 26. *464, 17. 19. Mall. Theod. VI. 593. 24.

b) Ananium (hipponactium) metrum.

Mar. Plot. VI. 519, 22. 522, 25[4])

7) Archebulium metrum.

⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑̱

Hephaest. p. 53, 12. schol. Pindar. ed. Boeckh p. 486. Tricha de metr. p. 25.

Caes. Bass. VI. 256, 7 269, 25. Terentian. Maur. v. 1913 sqq. Mar. Plot. VI *544, 6 *544, 11. Mar. Victorin. VI. 75. 126.

Diomed. I. 514, 1. Serv. Centimet. IV. 462.

8) Archigenium metrum[5])

Mar. Plot. VI. 532, 25.

---

[1]) Mar. Vict. VI. 88, 28 affert *trimetrum antispasticum catalecticum anacreontium.*

[2]) Diomed. I 510, 18, Caes. Bass VI 261, 24, Mall Theod. VI. 593. 24 pro primo pede iambico admittunt anapaesticum. cf. Trich. de metris p. 37.

[3]) Diomed. I p. 520, 21 nominat hunc numerum — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ *anacreontium.*

[4]) „ananium" Plotius semper connectit cum appellatione hipponactii, ita ut exstet *hipponactium ananium.* Id eo est referendum. quod Hipponax et Ananius iam apud veteres confundebantur, ut patet ex scholio ad Aristoph. ran. vers. 661: *ἴαμβοι Ἱππώνακτος] οὐκ οἶδε τί λέγει· ἐπεὶ οὐχ Ἱππώνακτος, ἀλλ' Ἀνανίου.* Atque Hephaestio p. 33. dicit non constare utrum *τὸ καλούμενον χωλὸν* inventionem esse Hipponactis an Ananii cf. Tricha de metris p. 9.

[5]) cf. infra p. 19 sq.

9) Archilochium metrum)

a) — ◡ ◡ — ◡ ◡ - — — ◡ ◡, — ◡ — ◡ — ◡[1])

schol. ad Aristophan. nub. v. 275,[2]) ran. v. 384.

Mar. Plot. VI. 544, 19. Mar. Victorin.[3]) VI. 73 115, 9. 122. 163, 23. 165, 17. 166, 28. 170, 25. 177, 9. Atil. Fortunatian. VI. 298. Diomed. I. 509. 27.

Serv. Centimet. IV. 466, 23.

b) (compositum seu encomiologicum)

— ◡ ◡ — ◡ ◡ —, ◡ — ◡ — ◡ — ◡ —

Mar. Plot. VI. 544, 2. Mar. Victorin. VI. 81, 21.[4]) Diomed. I. 511, 4. Serv. Centimet. IV. 466. 29. 467.[5])

c) — — — ◡ ◡ — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ — ◡

— ◡ ◡ — ◡ ◡ —

Terentian. Maur. v. 1807 sqq.

Serv. Centimet. IV 460, 18.

d) ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ⏒ — ◡ — ◡ — ◡

Varro ap. Diomed. I 515, 20. Serv. Centimet. IV. 466. 8.

e) — ◡ — ◡ — ◡ - ◡ — ◡ —

schol. Pindar. ed. Boeckh p. 260. 474. 539.

Serv. Centimet. IV. 459. 24.

f) (hendecasyllabum)

◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ⏒

Caes. Bass. VI. 270, 25. Mar. Victorin. VI. 168, 21, 33. Atil. Fortunatian. VI. 299, 16.

---

1) Caesius Bassus VI. 306 hoc metrum alcaïcon ἑπτακαιδεκασύλλαβον vocat.

2) scholiasta ad nub. vers. 275 metrum, quod constat quattuor dactylis, ad ran. vers 384 quod tribus trochaeis, nominat archilochium. Nomen igitur archilochii ad utramque metri partem translatum est.

3) Marius Victorinus VI. p. 165, 17; 166, 28. 170. 25 tetrametrum dactylicum appellat *archilochium*, idem in spondeum desinens p. 73 et 115, 9 eodem nomine nuncupatur et metro supra notato sed catalectica forma utenti p. 122 idem nomen datur.

4) Marius Victorinus VI. 81, Marius Plotius VI. 520, Serv, Centimet. IV. 458, 12 secundae metri parti, scilicet dimetro iambico, idem nomen dant.

5) Servius Cent. IV, 467 etiam illum numerum, qui inverso modo constat ex dimetro iambico et trimetro dactylico catalectico, appellat *archilochium*.

Mar. Plot. VI. *512. *517. *518. Serv. Centimet. IV. 458, 20. 460, 27.

10) Aristobolion metrum.[1]

frgm. Censorini VI. 614, 7. 615, 9.

11) Aristophanium metrum.

a) versus aristophanius anapaesticus

◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ⏓

Dionys. de comp. verb. p. 199, 3. (ed. Reiske): *τοῦτο γὰρ εἰ προςλάβοι τὸ μέτρον πόδα, ἤτοι κατ᾽ ἀρχὰς, ἢ διὰ μέσου ἢ ἐπὶ τελευτῆς, τέλειον ἔσται τετράμετρον ἀναπαιστικὸν, ὃ καλοῦσί τινες Ἀριστοφάνειον· Μηδεὶς ὑμῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με παρεῖναι.*

Dionys. de comp. verb. p. 202, 1: . . . . *τοῦ κωμικοῦ τετραμέτρου λεγομένου δὲ Ἀριστοφανείου τοῦδε·*

„Ὅτ᾽ ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν, καὶ σωφροσύνη νενόμιστο.“

Heph. p. 48, 7. schol. ad Aristoph. nub. v. 314. 958. plut. v. 487.

Cicero orat. 56. 190: *elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapaestos: quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba dempta in primo verbo sententiae postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis. Ita factus est anapaestus is, qui Aristophaneus nominatur.*

Frgmt. Censorini. VI. 614. 617. Mar. Victorin. VI. 75. 124. Serv. Centimet. IV. 462. 27.

b) versus aristophanius paeonius.

— ◡ ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡ — ◡ —

Mar. Victorin. VI. 124.

Mar. Plot. VI. *533. Serv. Centimet. IV. 458. *5. *28. *31. *462. 3. *463. 5.

12) Asclepiadeum metrum.

— — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ◡ ⏓

Hephaest. p. 63. 1. schol. Pindar. ed. Boeckh p. 236.

---

[1]) cf. infra p. 17 sqq.

237. 290. 291. Tzetzes p. 133. 155. Tricha de metr. p. 31.
Caes. Bass. VI. 305. Mar, Plot. VI. 501, 23. 536, 23. Mar. Victorin. VI. 109. 147. 161. 163. 167. 172. Atil. Fortunat. VI. 295. Diomed. I. 508, 8. Serv. Centimet. IV. 465. Mall. Theodor. VI. 590. Priscian. III. 459. Frgm. Bobiens. VI. 629.

13) Bacchylidium metrum.

— ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

Serv. Centimet. IV. 459. 19.

14) Boiscium metrum.

⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓

Mar. Victorin. VI. 82. Rufin. VI. 564.

15) Callimachium metrum.

— ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏓

Tricha de metris p. 28.
Mar. Plot. VI. 536. Serv. Centimet. IV. 463, 13.

16) Chaeremonium metrum.

⏓ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓

Frgm. Bobiens. VI. 620.

17) Choerilium metrum.

— ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Mar. Plot. VI. 507. Mar. Victorin. VI. 70. 73. Serv. Centimet. IV. 461, 7.

18) Cleomachium metrum.

— — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑

Hephaest. p. 67, 8. schol. Pindar. ed. Boeckh p. 20. Tricha de metr. p. 34.
Mar. Plot. VI. 540. Mar. Victorin. VI. 89.

19) Cratineum metrum.

— ⏑ ⏑ —, ⏑ — ⏑ —, — ⏑ ⏑ — ⏑ —

Hephaest. p. 100. 14. Etymol. Magn. s. v. *Τολύνιον*:

τὸ καλούμενον Κρατίνειον μέτρον πολυσύνθετον, ἀπὸ Μεγαρέως Τολύνου· ἔστι δὲ προγενέστερος τοῦ Κρατίνου.

Mar. Plot. VI. 543.[1])

20) Diodorium metrum.

◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ⏓

Mar. Plot. VI. 533, 9.

21) Diphilium seu Choerilium metrum.

cf. locos supra sub metro Choerilio allatos.

22) Epicharmium metrum[2]).

— ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ —

Mar. Victorin. VI. 84, 24. frg. Bobiens. VI. 622.

23) Eupolideum metrum.

— ◡ — ◡ — ◡ ◡ — — ◡ — ◡ — ◡ —

Hephaest. 112. 10.
Mar. Plot. VI. 536. Mar. Victorin. VI. 144, 7. 145, 37.

24) Euripideum metrum.

a) heptasyllabum

— ◡ — ◡ — ◡ —

schol. ad Aristoph av. v. 737. 1470. ran. v. 534. 814. 1482. schol. Pindar. ed. Boeckh p. 15. 18. 19. 21. 127. 128. 129. 156. 157. 186. 187. 231. 260. 266. 267. 291. 299. 341. 426. 460. 474. 486. 500. 524. 530. 544. Tzetzes p. 114. 116. 118. 124. 140. 142. 143. 147. 148. 149. 151. 160.
Tricha de metris p. 12.

---

[1]) Marius Plotius l. l. *trimetrum acatalectum paeonicum* nuncupat *cratineum*. Ab hoc numero dissentire eum, qui in Etym. Magn. s. v. **Τολύνιον** commemoratur, ex eo elucet quod cratineum vocetur **πολυσύνθετον**. Sed vide quam apte haec significatio quadret ad id quod Hephaestio l. l, affert metrum.

[2]) apud. Mar. Victor. VI. 84, 24 et in fragmentis Bobiensibus VI. 622 exstant duo huius metri nomina et *epicharmium* et *archilochium*. Apud Caes. Bass. VI. 267, Mar. Victorin. VI. 134, 14, Rufin. VI. 558, Serv. Centimet. IV. 460 appellatur solum *archilochium*.

Mar. Plot. VI. 529. Mar. Victorin. VI. 85 [1]) 98. 105 [2]). Atil. Fortunatian. VI 302. Serv. Centimet. IV. 459. Frgm. Bobiens. VI. 621.

b) *τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον.*

◡ — ◡ — ◡ — ◡ — — ◡ — ◡ — ◡

Hephaest. p. 98, 7. schol. ad Aristoph. equit. v. 756. Mar. Plot. VI. *538. Serv. Centimet. IV. *458.

25) Glyconium metrum.

— — — ◡ ◡ — ◡ ⏑̱

Hephaest. p. 62, 4. schol. ad Aristophan. nub. v. 563. equit. v. 973. pac. v. 1127. ran. v. 324. 1251. schol. Pindar. ed. Boeckh. p. 15. 17. 18. 205. 236. 237. 290. 292. 311. 377. 394. 435. 449. 475. Tzetzes p. 128, 1, 18, 26. 129. 135. 156. Tricha de metr. p. 31.

Caes. Bass. VI. 306. Mar. Plot. VI. 515. 537. 544. Mar. Victorin. VI. 74. 118. 119. 144, 25, 28. 145. 147. 151. 152. 163, 5 [3]) 168, 6. 172, 6. Atil. Fortunat. VI. 297, 26. Diomed. I. 519, 22. 520. Serv. Centimet. IV. 465. Mall. Theodor. VI. 592. Priscian. III. 459. Frgm. Bobiens. VI. 629.

26) Hipponacteum metrum.

a) ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — — ⏑̱

Hephaest. p. 33, 6.

Cicero orat. 56. 189: „senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio“.

Caes. Bass. VI. 257. Terentian. Maur. v. 2398 sqq. Frgm. Censorin. VI. 613. Mar. Plot. VI. 518. 519. 522. Mar. Victorin. VI. 136. 155. Atil. Fortunatian. VI. 293. Mall. Theodor. VI. 594.

---

[1]) Mar. Vict. VI 85 trimetrum trochaïcum catalecticum nuncupat *euripidion*, sed cum locus integer non sit, dubito, an recte ita legatur.

[2]) id, p. 105 metrum dupliciter positum significat *euripidion*.

[3]) apud. Mar. Victor VI. 163, 5, 168, 6, 172, 6 et Atil, Fortun. VI. 297, 26 hoc metrum et glyconium et anacreontium vocatur, apud. Caes. Bass. VI. 259, 2 et Atil. Fortunat. VI. 298, 1 solum anacreontium nominatur.

b) ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓

schol. ad Aristoph. ran. v. 905. plut. v. 253. nub. v. 1036. Caes. Bass. VI. 263 266. Mar. Plot. VI. *520. *523, 3, 10. *540, 12. Rufin. VI 559. Serv. Centimet. IV. *458. *460. *464. Mall. Theodor. VI. 594.[1])

27) Ibycium metrum.

Serv. Centimet. IV. 461. 15. 22. 24.[2])

28) Pancratium metrum.

— ⏑ — ⏑ —

Serv. Centimet. IV. 459. 9. Fragm. Bobiens. VI. 621.

29) Phalaecium metrum.[3])

— — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑

Hephaest. p. 62. 12. schol. Pindar. ed. Boeckh p. 16. 18. 19. 20. 205. 206. 289. 290. 291. 466. 554. Tzetzes p. 84. 127. 133. 153. Tricha de metr. p. 31.

---

1) ap. Mar. Victor. VI. 84 et in frgm. Bobiens. VI. 622. afferuntur *claudi tetrametri trochaïci catalectici.*

2) Serv. Cent. l. l. tres Ibycii metri formas notat et hexametrum dactylicum acatalectum et heptametrum dactylicum acatalectum et hypercatalectum. Ibycii formarum quae primitiva fuerit nescimus. Hoc elucere videtur, Ibycum Quarum metri modum hexametri heroi egressum esse.

3) Saepius apud metricos metrum phalaecium confunditur cum metro philicio et phallico seu ithyphallico. Sic legitur in Terentiani Mauri versu 2555 *phallicum* pro *phalaecio,* apud Mar. Victorin. VI. 117, 16. 118, 10. 139, 21. 142, 28, 143. 2 *phalaecium* pro *phallico,* apud. Mar. Victorin. VI. 127. 128. et in Terentiani Mauri versu 1884 *phalaecium* pro *philicio.* Causam huius corruptelae Keilius in praefatione ad. Caes. Bass. (VI. p. 251) recte sic explicat: *quae Terentianus v. 1889. de philicio metro scribit Caesium haud dubie respiciens „Qui multos legere, negant hoc corpore metri Romanos aliquid veteres scripsisse poetas" ex hoc libro p 263, 27 „apud nostros hoc metrum non reperio" translata sunt. porro quod ille in eodem loco „phalaecium metrum" dixit pro „philicio" eiusque inventorem „Phalaecium" pro „Philico" appellavit, non fuit quidem ea nominum permutatio apud Caesium neque in his quae nos legimus invenitur, origo tamen erroris nunc etiam e codicibus intellegitur. in quibus cum recte legatur „philicius versus" nomen poetae levi vitio scriptum est „Philicius", in inscriptionem vero, quae postea addita est, iam irrepsit illa corruptela. ut scriberetur „de phalecio metro". simili errore*

Caes. Bass. VI. 258. 260. 261. 266. Frgm. Censorin. VI. 614. 616. Mar. Plot. VI. 293. Mar. Victorin. VI. 121. 124. 148. 156. Atil. Fortunatian. VI. 293. Diomed. I. 509. 11. Serv. Centimet. IV. 465. Mall. Theodor. VI. 590. Sulpiciae sat. v. 4 *quare nec carmine curro Phalaeco* Priscian. II. 16. Frgm. Bobiens. VI. 629.

30) Pherecratium metrum.

— — — ◡ ◡ — ⏓

Hephaest. p. 61. 3. 114. 12. schol. ad Aristoph. equit. v. 973. nub. v. 563. 1303. av. v. 407. ran. v. 1285. schol. Pindar. ed Boeckh p. 19. 20. 107. 108. 109. 116. 236. 237. 266. 289. 391. 410. 416. 474. Tzetzes p. 102. 103. 111. 135. 145. 150. Tricha de metris p. 30.

Mar. Plot. VI. 515. 538, 12 [1]. Mar. Victorin VI. 74. 119. 144. 145. 151. 152. 164. 172. 177. Atil. Fortunatian. VI. 292. 297. 299. Diomed. I. 520. Serv. Centimet. IV. 465. Mall. Theodor. VI. 592. Frgm. Bobiens. VI. 629.

31) Philicium metrum.

— ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ◡ — —

Hephaest. p. 57. 10.

Caes. Bass. VI. 263. Mar. Plot. VI. 536, 18. Mar. Victorin. VI. 86.

32) Phrynichium metrum.

◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ —

Tricha de metris p. 38 [2])

Mar. Plot. VI. *534. Mar. Victorin. VI. 87. 97 [3]). Serv. Centimet. IV. 464.

---

factum est ut metri phalaecii nomen, quo recte usus est Caesius p. 258, 13. 260, 32. 261, 18, pro ithyphallico, quod ille dixit p. 255, 10 et 258, 30, vel phallico p. 266, 9, 12. 268, 30, quibus locis vario modo in codicibus nomen corruptum est, poneretur. ex quo deinde apud posteriores grammaticos non librariorum culpa, sed ipsorum grammaticorum vitio perpetua trium metrorum confusio orta est.

[1]) Mar. Plot. VI. 538, 12 significationem pherecratei etiam bis repetito metro dat.

[2]) cf. infra p. 31. ann. 1.

[3]) Mar. Victorin. VI. p. 87 phrynichium metrum nominat heptametrum choriambicum; p. 97 trimetrum paeonicum catalecticum.

33) Pindaricum metrum.

a) hendecasyllabum.

◡ — — — ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡

Hephaest, p. 84, 10. schol. Pindar. ed. Boekh p. 311. 312. 387. 426. Tzetzes p. 123, 17. 157, 29.

b) compositum.

⏓ — ◡ — ⏓ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ⏓ — ◡ — ⏓

Hephaest. p. 96. 1. schol. Pindar. ed. Boekh. p. 509.
Mar. Plot. VI. 545. Serv. Centimet. IV. *462, 8. *462, 15.

34) Platonicum metrum.

— ◡ ◡ — ◡ ◡ —. ◡ — ◡ — ⏓. — ◡ ◡ — ◡ ◡ —

Hephaest. 95. 9.
Mar. Victorin. VI. 145, 14.

35) Praxilleum metrum.

— — ◡ ◡ — ◡ — ◡ — ⏓

Hephaest. p. 68, 4. 46, 8 [1]) schol. Pindar. ed. Boeckh. p. 524. Tricha de metris p. 34.
Mar. Plot. VI. 538. Mar. Victorin. VI. 91. 129. 7.

36) Sapphicum metrum

a) hendecasyllabum

— ◡ — — — ◡ ◡ — ◡ — ◡

Hephaest p. 83,1. schol. Pindar. ed. Boeckh p. 187. 426. 440. Tzetzes p. 157. 21.

Caes. Bass. VI. 266. 305. Terentian. Maur. v. 2545 sqq. et v. 2943.[2]) Mar. Plot. VI. 535,9. Mar. Victorin. VI. 116. 148. 156. 161. 171. 172. Atil. Fortunatian. VI. 297. Diomed. I. 508,22. 519, 9. 521, 6. Serv. Centimet. IV. 466, 2. Mall. Theodor. VI. 591. frgm. Bobiens. VI. 629.

---

[1]) Hephaest. p. 46. 8 etiam metrum quod utitur hac forma — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡ appellat *πραξίλλειον*. cf. Tricha de metris p. 19.

[2]) apud. Terent. Maur. l. l. metrum sapphicum hendecasyllabum utitur forma hendecasyllabi phalaecii.

b) enneasyllabum

— — — ◡ ◡ — ◡ — ◡

Hephaest. p. 62, 9. schol. Pindar. ed Boeckh p. 205. 206. 289. 290. 435. 554. 555. Tzetzes p. 133. 149.

Mar. Victorin. VI. 163,6.[1])

c) *τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον.*

— — — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡

Hephaest. p. 45,6.

Mar. Plot. VI. 511. Mar. Victorin. VI, 107. 110. 35.

d) *ἑξκαιδεκασύλλαβον.*

— — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ◡ —

Hephaest. p. 65,11.

Mar. Victorin. VI. 167. 172.7. 181.6. Atil. Fortunatian. VI. 302. Diomed. I. 522,4.[2])

e) *ὀκτασύλλαβον.*

— ◡ — ◡ — ◡ ◡ —

schol. Pindar. ed. Boeckh. p. 299.

Mar. Plot. VI. *516. *517. Atil. Fortunatian. VI. 290[3]) Serv. Centimet. IV. *459,22. *459, 29. *463,11. *464,21.

37) Simminum metrum.

— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ⏓

Hephaest. p. 42,3. 66,4.[4]) Tricha de metris p. 16.

Mar. Plot. VI. 511.

---

[1]) l. l. codd. praebent *hendecasyllabon sapphicon*, sed cum exponatur, metrum glyconium detracta syllaba efficere pherecratium, adiecta autem novissima sapphicum, non dubito, quin *hendecasyllabum*, quod exstet, sit mutandum in *enneasyllabum*.

[2]) Diomedes alio loco (p. 520, 15) idem metrum vocat archilochium; duobus locis eodem utitur exemplo.

[3]) Atilius Fortunatianus l. l. tetrametrum ionicum a minore nominat *heteromeres sapphicum*.

[3]) Hephaestio p, 66, 4 etiam metrum hac forma — — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ — appellat *Σιμμιακόν*. Quod Tricha p. 32 dicit ad idem metrum est referendum. Quamquam falsum affert exemplum, tamen ex verbis *τετράμετρον δὲ ὑπερκατάληκτόν ἐστι* (scil. *ἀντισπαστικόν*) est concludendum, eum de hac metri forma cogitare. Error igitur ei est tribuendus,

38) Simonidium metrum.

— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡

Mar. Victorin. VI. 73. Serv. Centimet. IV. 461,5. *460,23. *462,22.

40) Sotadium metrum

— — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ⏓

Hephaest. p. 69,1. Tricha de metris p. 34.

Quintil. inst. orat. I. 8. 6. *Elegia vero, utique quae amat, et hendecasyllabi, et quibus sunt commata Sotadeorum amoveantur, si fieri potest.*" id. IX. 4. 6. *Neque si parvi pedes vim detrahunt rebus, ut Sotadeorum et Galliamborum, et quorundam in oratione simili paene licentia lascivientium, compositionis est iudicandum.* id. IX. 4. 90. *ut memini quendam non ignobilem poetam ita lusisse: „Astra tenet coelum, mare classes area messem." Hic retrorsum fit sotadeus. Itemque sotadeo adiuret retro trimetros: „caput exeruit mobile pinus repetita."* Caes. Bass. VI. 255. 261. 261. 263. 271. Terentian. Maur. v. 1509. Mar. Plot. VI. 541. 25. 541,20.[1]) Mar. Victorin. VI. 77. 84. 113. Atil. Fortunatian. VI. 289. Diomed. I. 510,33. Serv. Centimet. IV. 459,31. 464,10.[2]) *459,27. frgm. Bobiens. VI. 622.

41) Stesichorium metrum

— ◡ — — — ◡ — — — ◡ — —

schol. Pindar. ed. Boeckh p. 88. 89. 90. 128. 129. 157. 260. 261. 421. 486. 516. 524. Tzetzes p. 97. 99. 115. 117. 121. 142. 144.

Mar. Plot. VI. *543. Serv. Centimet. IV. *461,2. *461,20. *462, 20.

42) Susarionium metrum

— ◡ — ◡ — ◡ — ⏓ — ◡ ◡ — ◡ ◡ —

Mar. Plot. VI. 545.

---

1) Marius Plotius VI. 541, 20 non solum tetrametrum brachycatalectum (scil. ion. a maiore) sed etiam tetrametrum acatalectum nuncupat sotadeum.

2) Servius Centimet. IV. 459, 31. *sotadicum metrum constare tetrametro brachycatalecto trochaïco* dicit et p. 464, 10 *sotadicum constare tetrametro brachycatalecto ionico a maiore*, prorsus non intellegens pro ionico a maiore poni posse duos trochaeos.

43) Theopompium metrum.

— ◡ ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡ — ◡ ◡ ◡ — ◡ —

Hephaest. p. 81.

44) Timocratium metrum[1])

Serv. Centimet. IV. 464, 15.

45) Timocreontium metrum.

◡ ◡ — — ◡ ◡ —

Hephaest. p. 76. Tricha de metris p. 37.

46) Tolynium metrum.[2])

Etymolog. Magn. ed. Gaisford 761, 46. s. v. *Τολύνιον. τὸ καλούμενον Κρατίνειον μέτρον πολυσύνθετον, ἀπὸ τοῦ Μεγαρέως Τολύνου· ἔστι δὲ προγενέστερος τοῦ Κρατίνου.*

Antequam de poetarum a quibus metra sunt appellata delectu dissero, hic statim quattuor locos expedire mihi liceat in quibus errorem grammaticis aut scribis esse tribuendum puto.

Primus locus exstat in Servii Honorati libello de centum metris (IV. p. 464, 15) quem non emendasse editores miror. In capite octavo inter ionicos a maiore metrum timocratium his verbis describitur: *De timocratio.*[3]) *timocratium constat dimetro catalectico ut est hoc*

„rosa veris specimen“

Unde illud metrum Timocratis cognomen acceperit nescio. Timocratem quem eo metro usum esse credam novi nullum. Neque de Timocrate est cogitandum. Nam ex Hephaestionis[4]) et Trichae[5]) metrici verbis et exemplis elucet Timocreontem

---

[1]) cf. infra p. 16. 17.

[2]) cf. quae supra ad cratineum metrum annotavi.

[3]) Codex S. praebet: *de timogratio. timogratium constat e. q. s.*

[4]) Hephaestio in capite, ubi agitur *περὶ τοῦ ἀπ' ἐλάσσονος ἰωνικοῦ* (p. 76, 4) exponit: *„τῷ δὲ καθαρῷ ἑφθημιμερεῖ ὅλον ᾆσμα Τιμοκρέων συνέθηκε*

Σικελὸς κομψὸς ἀνὴρ

ποτὲ τὰν ματέρ' ἔφα.“

[5]) Tricha de metris p. 37: *ὁμοίως τὸ ἀπ' ἐλάσσονος ἰωνικὸν καὶ δίμετρον μὲν βραχυκατάληκτόν ἐστι, οἷον τὸ·*

„διάγοις ἀβλαβῆ“

δίμετρον δὲ καταληκτικὸν, ὡς τὸ

saepe usum esse dimetro catalectico (scilicet ionico a minore), cum quibus plane ea congruunt, quae Servius Centim. l. l. de timocratio metro refert. Itaque non dubito, quin quod praebeant codices *timocratium* vel *timogratium* facili litterarum commutatione in *timocreontium* mutandum sit.

Alter quem huc referri velim locus occurrit in fragmentis Censorini (VI. p. 615, 7): *numerus saturnius:*

„*magnum numerum triumphat hostibus devictis*"

sunt qui hunc aristobolion[1]) *vocant.*

Caesius Bassus ubi de versu saturnio agit (VI. p. 265) exponit illos qui existiment saturnium versum proprium esse Italicae regionis falli. Nam metrum saturnium a Graecis varie multisque modis esse tractatum non solum a comicis sed etiam a tragicis; poetas autem antiquos Romanorum eo usos esse non observata lege nec uno genere custodito, ut inter se consentirent versus, sed praeterquam quod durissimos fecissent etiam alios breviores, alios longiores inseruisse. Postquam nonulla attulit exempla, pergit: *apud Archilochum tale (scil. inveni genus):*

„*quem non rationis egentem vicit Archimedes.*"

Eodem modo et Mario Victorino (VI p. 138) et Terentiano Mauro (v. 2497 sqq.) persuasum est, metrum saturnium a Graecis ad Italos venisse. Cum Caesii Bassi loco si contuleris verba Hephaestionis (p. 87, 13): *Πρῶτος δὲ καὶ τούτοις Ἀρχίλοχος κέχρηται, πῆ μὲν γὰρ ἐποίησεν ἔκ τε ἀναπαιστικοῦ ἑφθημιμεροῦς καὶ τροχαϊκοῦ*

„*Ἐρασμονίδη Χαρίλαε χρῆμά τοι γελοῖον.*"

et Diomedis (I. p. 515, 19): *archilochium Varro illud dicit quod est tale:*

„*ex litoribus properantes navibus recedunt*",

„*διάγοις ἀβλαβέα*"

τοῦτο δὲ ἐπισημειοῦνται οἱ παλαιοὶ ὡς ἐνδοξότατον. ἑφθημιμερὲς γάρ ἐστί. καὶ πολλῷ Τιμοκρέων κέχρηται τούτῳ. In Trichae verbis non de ionicis *ἀπὸ μείζονος*, ut exstet in codice, agi, non solum ex iis quae antecedunt in quibus *τὸ ἰωνικὸν ἀπ' ἐλάσσονος μέτρον* explicatur, sed etiam ex exemplis quae afferuntur, intellegitur. Itaque in initio „*τὸ ἀπ' ἐλάσσονος ἰωνικόν*" pro „*τὸ ἀπὸ μείζονος ἰωνικοῦ*" restitui.

[1]) Codex Coloniensis praebet: *aristodolion.*

perspicies versus ab unoquoque allatos concinere cum eo quem Censorinus laudat. Itaque in loco Censorini, cum quae affert verba *sunt qui hunc aristobolion nominant* nihil aliud explicare videntur nisi sententiam eorum, qui Graecae originis esse versum saturnium putant, *aristobolion* in *archilochion* emendandum esse existimo. Hanc mutationem iam Bentleium proposuisse postea vidi.

Tertium, quod coniectura sanandum esse puto, est illud Censorini (VI. p. 614, 7): *aristobolius*
„quae tam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu impulit“ is circuitus magis quam versus est, dactylum crebrum habet, rarum spondeum. Delendum esse *aristobolium* iam Nicolaus Loensis censuit, qui *archebuleus* proposuit. Keilius hanc coniecturam amplexus annotat *recte, ut videtur quamquam octonarium anapaesticum alii non dixerunt archebulium, sed de variis versibus anapaesticis*[1]) *eo nomine usi sunt grammatici.* Hoc autem loco de versu anapaestico agi prorsus intellegere non possum. Immo versus, quem supra exscripsi, dactylicus octometer est. Nempe significatio *aristobolius* ad illum versum *quae tam terribilis e. q. s.* est referenda, cum Censorinus nomen versus unicuique exemplo anteponere soleat. Sic in iis quae antecedunt: p. 614, 2 *aristophanius anapaestus* . . . . sequitur exemplum; p. 614, 5 *anapaestus octonarius* . . . . . . sequitur versus; et in iis quae sequuntur p. 614, 10 *paeon duodenarius* . . . . sequitur exemplum e. q. s. Ac quoniam *archebulei* significatio ab hoc loco aliena esse videtur — dactylicum nempe octometrum habemus — alia medela corruptio est expedienda. Cum enim

[1]) De variis versibus anapaesticis grammaticos usos esse nomine *archebulei* nescio. Caesius Bassus (VI. 256), Marius Victorinus (VI. 126) Terentianus Maurus (v. 1913) Diomedes (I. 514) Servius Honoratus (IV. 462) Hephaestio (p. 53) metrum ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡ *archebuleum* nominant. Marius Victorinus (VI. 111, 26) metrum logaoedicum, quod trochaïca basi clauditur duobus vel tribus dactylis praeeuntibus, appellat *archebuleum.* Apud Plotium (VI. 544, 6) *metrum logaoedicum archebuleum vocatur, quod fit duobus dactylis et duobus trochaeis* et apud eundem (VI. 544, 11) *archebuleum hemiepes id quod constat duobus dactylis et spodeo.* De aliis igitur metris anapaesticis — ut Keilius vult — significatio *archebulei* non usurpatur.

ex scholio ad Hephaestionem (p. 188)[1]) comprehendatur apud quosdam tetrametrum dactylicum acatalectum vocari archilochium, cogitari potest etiam octometrum quasi duplicem tetrametrum nomen accepisse archilochii.[2]) Itaque etiam hoc loco *aristobolion* in *archilochium* immutandum proponam, cum haud absurdum videatur utrumque locum corruptum uno atque eodem modo sanare.

Restat ut agam de verbis quae in Marii Plotii arte grammatica (VI. 532.) leguntur: *De tetrametro acatalecto pleno archigenio. tetrametrum anapaesticum plenum acatalectum, quod archigenium nuncupatur, quattuor puris anapaestis componitur: „Chaos et Phlegeton loca nocte silent.“* Poetam aliquem nobis ignotum Archigenem, a quo hoc metrum sit significatum, esse omittendum docet Atilius Fortunatianus (VI. 283). Postquam exposuit metra quae a Graecis prototypa et archigona sint dicta apud Romanos principalia esse vocata eorumque numero etiam anapaesticum metrum adscribi, demonstrat archigona metra ea re differre ab aliis, quod omnia proprio suo pede consistant. Quid haec explanatio ad Plotii verba comprehendenda valeat, intelleges, si totum inspexeris locum.

Plotius l. l. de tetrametro anapaestico agit atque de eo quidem, qui quattuor puris anapaestis componitur, postquam antea de eo qui fit quattuor proceleumaticis plenis tractavit. Cum hos duos tetrametros adiectivis appositis discernendos esse intellegeret, primum tetrametrum *proceleumaticum* vocavit, alterum, quem *anapaesticum purum* appellare potuit, *archigonon* atque tali modo vocabulum *archigonon* quod ad qualitatem metrorum in universum significandam pertinet — non enim

---

[1]) cf. etiam schol. ad Aristoph. nub. v. 275.

[2]) Dupliciter formatum metrum nomen simplicis accipere haec habes exempla: Marius Victorinus (VI. 98) hanc metri formam — ◡ — ◡ — ◡ — vocat euripideum metrum, duplicatae ib. p. 105 eandem significationem imponit. Marius Plotius (VI. 512) numerum — ◡ ◡ — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — ◡ ◡ — appellat „dipenthemimericum archilochium pentametrum,“ simplicem formam ibid. p. 517 — ◡ ◡ — ◡ ◡ — „archilochium penthemimericum simplex.“ cf. schol. ad Aristoph. nub. v. 275. Idem (VI. 515) metrum pherecratium hac forma — — — ◡ ◡ — — uti explicat, ib. 538 exponit antispasticum hephthemimericum pherecratium constare duplici pherecratio dactylico copulato.

tetrameter anapaesticus plenus acatalectus nuncupatur *archigonon*, sed metrum anapaesticum est eorum metrorum, quae archigona dicuntur — falso ad certum aliquod metrum retulit. Sed hac in re in Plotii arte grammatica noli offendere, cum ipsius neglegentia et rei metricae imperitia iam dudum a viris doctis cognita sit.[1])

His quattuor locis expeditis, quadraginta tria metra exstant, quae appellantur ab iis poëtis, qui aut primi ant frequenter iis utebantur. Jam videamus, cum ex tempore quo poetae illi floruerint concludi possit ante, quem terminum usus metrorum a poetis significandorum exorta esse nequeat, cui tempori poetae illi sint adscribendi.

Comicorum nomina ad metrum aliquod indicandum usurpantur haec:

veteris comoediae: Susarion, Epicharmus — Tolynus[2]), Cratinus, Eupolis, Aristophanes, Pherecrates, Plato, Phrynichus, Theopompus.

mediae comoediae: Diodorus

novae comoediae: Diphilus

tragicorum: Aeschylus, Euripides — Chaeremon, Choerilus (scriptor Σατύρων)

iambographorum: Archilochus, Hipponax, Ananios — Aeschrion.

lyricorum: Alcman, Alcaeus, Sappho, Stesichorus, Pindarus, Bacchylides, Ibycus, Anacreon, Simonides, Praxilla, Timocreon.

poetarum Alexandrinorum: Philiscus tragicus poeta, Sotades cinaedus, Asclepiades epigrammatum poeta, Simmias carminum figuratorum scriptor, Callimachus.

---

[1]) cf. infra p. 45.

[2]) Tolynum aetate praecessisse Cratino ex Etymol. Magn. s. v. Τολύνιον scimus ubi haec: ἔστι προγενέστερος τοῦ Κρατίνου. Meinekius comic. graec, I. p. 38 ita iudicat: *Tolynum ne iusto audacius comicis poetis accensuerim, nequaquam verendum videtur, quamquam Athenisne an Megaris fabulas docuerit, ut incompertum in medio relinquimus.* Adsentit Rankius de vita Aristophanis p. 125. Meinekius postea nomen viri suspectum habens coniecit „Tellen.“

Incerti temporis esse videntur: Phalaecus, Cleomachus, Pancrates, Archebulus, Glyco, Boiscus.

Jam — quoad fieri potest — opus videtur, tempus quo floruerint hi viri statuere.

Phalaeci epigrammatum quae aetatem tulerunt epitaphium illud in honorem artificis scenici Lyconis (Anthol. Pal. XIII. 6).

Τοῦτ' ἐγὼ τὸ περισσὸν εἰκόνισμα
τοῦ κωμῳδογέλωτος εἰς θρίαμβον
κισσῷ καὶ στεφάνοισιν ἀμπυκασθὲν
ἔστασ', ὄφρα Λύκωνι σᾶμ' ἐπείη e. q. s.,

scriptum metro hendecasyllabo phalaecio, unum, si quid video, ad tempus ipsius poetae definiendum aliquid facere videtur.

In Plutarchi Alex. Magn. 29 legimus, Alexandrum Magnum ex Aegypto in Phoeniciam reversum (a. 332. a. C. n.) dis honorem habuisse ludosque tragicos instituisse, in quibus reges Cypriorum choragi fuissent. Atque reges mira inter se contentione certavisse, uter histriones maxime conspicuos exhiberet. Inter quos Lyconis mentio fit[1]). Eundem Plutarchus de Alex. Magn. fortun. orat. II 2[2]) inter histriones, qui Alexandrum comitati sint, commemorat nec non Chares[3]) in describendis Alexandri nuptiis.

Lyconem cum egregium fuisse comoedum ex epigrammatis verbis „*εἰς θρίαμβον τοῦ κωμῳδογέλωτος*“ intellegatur, haud male quisquam coniecerit, unum et eundem virum cum a Phalaeco tum a Plutarcho et Charete laudari. Hanc coniecturam si probaveris et Phalaecum haud ita multo post Lyconem — Alexandri igitur eiusque successorum aetate — floruisse statueris, etiam carminis illius phalaeceï, quod legitur in Anth. Pal. XIII. 27, metrica dispositione inspecta eodem saeculo auctorem fuisse iudicabis. Epigrammatis enim versus ita se

---

[1]) *Λύκωνος δὲ Σκαρφέως εὐημεροῦντος ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ στίχον εἰς τὴν κωμῳδίαν ἐμβαλόντος αἴτησιν περιέχοντα δέκα ταλάντων, γελάσας* (*Ἀλέξανδρος*) *ἔδωκεν.*

[2]) *κωμῳδοὶ δ' ἦσαν οἱ περὶ Λύκωνα τὸν Σκαρφέα. τούτῳ δ' εἴς τινα κωμῳδίαν ἐμβαλόντι στίχον αἰτητικὸν, γελάσας ἔδωκε* (*Ἀλέξανδρος*) *δέκα τάλαντα.*

[3]) in libro decimo *τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστοριῶν* apud. Athen. X. 539a: *κωμῳδοὶ δὲ Λύκων καὶ Φορμίων καὶ Ἀρίστων.*

excipiunt, ut versum archilochium (— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ◡ — ◡) cui continuatur trimeter iambicus, sequatur hexameter herous, cui iterum continuatur trimeter iambicus. Qui versuum ordo bis repetitur. Talis metrorum mutatio et varietas Alexandrinae doctrinae aetati apta est qua in carminibus figuratis connectendis opera haud parva impendebatur.

Transeo ad Cleomachum.

Tres noti sunt Cleomachi. Primi mentio fit in scholiis ad Aristophanis Ecclesiazus. 22. Erat *τραγικὸς ὑποκριτής*.

Alter eiusdem nominis exstat apud Athen. XIV, 638 d, ubi Gnesippi, lascivi cuiusdam poetae, memoria comicorum testimoniis illustratur.

Postquam in versibus comicorum Chionidis et Eupolidis pariterque in fragmento ex Cratini Effeminatis Gnesippus commemoratur, in versibus ex Cratini Pastoribus

„*Ὃς οὐκ' ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν*
Τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ
Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια“.

non de Gnesippo sed de Cleomacho quodam est sermo atque in illo quod sequitur exemplo ex eiusdem Horis allato

„*Ἴτω δὲ καὶ τραγῳδίας*
Ὁ Κλεομάχου διδάσκαλος, παρατιλτριῶν
Ἔχων χορὸν Λυδιστὶ τιλλουσῶν μέλη
πονηρά“.

libri in scriptura *ὁ Κλεομάχου* conspirant. Bergkius [1]) recte, ni fallor, omnia haec exempla ad unum Gnesippum esse referenda eumque fuisse Cleomachi filium coniecit et probabiliter in exemplo illo ex Cratini Pastoribus „*τῷ Κλεομάχῳ*“ unius litterae mutatione correxit in „*τῷ Κλεομάχου*“.

Tertium Strabo XIV, 41 affert Cleomachum: *Ἄνδρες δ' ἐγένοντο γνώριμοι Μάγνητες Ἡγησίας τε ὁ ῥήτωρ . . . . καὶ Σίμων ὁ μελοποιὸς . . . . καὶ Κλεόμαχος ὁ πύκτης, ὃς εἰς ἔρωτα ἐμπεσὼν κιναίδου τινὸς καὶ παιδίσκης ὑπὸ κιναίδῳ τρεφομένης ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν παρὰ τοῖς κιναίδοις διαλέκτων καὶ τῆς ἠθοποιΐας· ἦρξε δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν ἔπειτα Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός.* Hunc Magnesium, qui

[1]) cf. Bergk comment. de rell. com. attic. ant. p. 33 et Meineke fragment. comic. graec. vol. II. p. 28 sq., quorum sententiam hic secutus sum.

Sotadis et Alexandri Aetoli *ἀγωγὴν* imitatus haud ita multo post illos duos viros exstitisse videtur cleomachii quod dicitur metri auctorem esse credo. Sotadis nempe *λόγοι κιναιδολόγοι* cum sotadeo quod dicitur metro i. e. ionico numero a maiore sint scripta atque cleomachinm metrum item constet ex numero ionico a maiore — scilicet dimetro acatalecto — Cleomachus non solum Sotadis *ἀγωγήν*, sed etiam numerum est imitatus Hanc ratiocinationem esse probabilem, testis saeculi decimi quarti Tricha in libello de metris scripto p. 34 monet: *δίμετρον δὲ ἐστὶν ἀκατάληκτον* (scil. *ἰωνικὸν ἀπὸ μείζονος*) *τό·*

„*χ̓ ὡς παῖς πόκα πότνα σέθεν*" (⏓́ — ⏑ ⏑ ⏓́ — ⏑ ⏑)

τοῦτο δὲ Κλεομάχειον λέγεται, ὅτι πολλῷ αὐτῷ ὁ ποιητὴς Κλεόμαχος χρῆται, ὃς πύκτης μὲν πρότερον, ὥς φασὶν, ἦν ἐρασθεὶς δέ τινος νέου τὴν ποιητικὴν μετεχειρίσατο.

Venio nunc ad Pancratem.

Ex verbis quae in Plutarchi de musica dialogo 20 (X 670 ed Reiske) leguntur: *εἰ οὖν τις Αἴσχυλον ἢ Φρύνιχον φαίη δι᾽ ἄγνοιαν ἀπεσχῆσθαι τοῦ χρώματος, ἆρα γ᾽ οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη; ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Παγκράτην ἂν εἴποι ἀγνοεῖν τὸ χρωματικὸν γένος· ἀπείχετο γὰρ καὶ οὗτος ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τούτου, ἐχρήσατο δ᾽ ἔν τισιν. οὐ δι᾽ ἄγνοιαν οὖν δηλονότι ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν ἀπείχετο. ἐζήλου γοῦν, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸν Πινδάρειόν τε καὶ Σιμωνίδειον τρόπον καὶ καθόλου τὸν ἀρχαῖον καλούμενον ὑπὸ τῶν νῦν*, cum perspiciatur, Pancratem chromaticum genus quamquam plerumque vitaverit non ignoravisse et sectatum esse Pindaricum et Simonideum modum, nihil aliud primo obtutu concludendum videtur nisi Pancratem post Pindari et Simonidis aetatem vixisse. Verum enim vero ne illud, quaeso, neglexeris, quod Plutarchus ipse disertis verbis laudat fontes, e quibus ea quae profert petita sunt. Auctores nempe quibus sit usus in hoc dialogo de musica componendo commemorat Heraclidem Ponticum in cap 3 (*ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ*), porro Glaucum Italum in cap. 4. (*ἐν συγγράμματι τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν καὶ μουσικῶν*) in cap. 7 (*ἐν ἀναγραφῇ ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν*) in cap. 10 bis, tum Aristoxenum in cap. 11, 16, 31, 43; in cap. 15 (*ἐν τῷ πρώτῳ*

περὶ μουσικῆς) in cap. 17 (*ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν μουσικῶν*) in cap. 16 (*ἐν τοῦς ἱστορικοῖς τῆς Ἁρμονικῆς ὑπομνήμασιν*). Iam videamus, num auctorem, quem Plutarchus in capite 20 dialogi secutus sit, eruere possimus. Volkmannus (Plutarchi de musica ed. R. Volkmann. Lipsiae 1856) cui R. Westphalus (in libello „Plutarch über die Musik“ Breslau 1865) adsentit, recte exposuit omnia quae inde a capite decimo quinto usque ad vicesimum primum de musicae artis legibus prolata essent, ex Aristoxeno fluxisse, quamquam auctor non ubique esset vocatus. Iam vide mihi quam apte in hanc sententiam prima illa capitis vicesimi verba: *τῷ γὰρ χρωματικῷ γένει καὶ τῷ πρὸς τοῦτο ῥυθμῷ τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται* conveniant, quae ne Plutarcho adscribas, ipse in quaestion. convival III. 1 *καὶ κατηγοροῦντα τοῦ καλοῦ Ἀγάθωνος, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν φασὶν ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικὸν, ὅτε τους Μυσοὺς ἐδίδασκε* monet, ubi confitetur chromaticum genus in tragoedia primum esse adhibitum ab Agathone, Euripidis aequali. At certe Aristoxenus quippe quem musicam veteris temporis adamavisse, novae autem arti non ita fovisse ex Themistii oratione 33[1]) intellegimus, dicere potuit chromaticum genus in tragoediis non adhiberi. Sententia igitur si a Plutarcho profecta crederetur, non solum dissentiret ab iis quae alio loco ipse profert, sed etiam inepta esset. Sed omnes hae offensiones removentur, si ex Aristoxeno ea exscripta censuerimus. Accedit altera qua haec confirmantur et stabiliuntur causa. Ex initio capitis vicesimi primi[2]) atque maxime ex verbis *καὶ τῶν νῦν καταγιγνώσκων* perspicitur Dorionem et Antigenidem aut aequales fuisse eius qui haec

---

[1]) *Ἀριστόξενος ὁ μουσικός θηλυνομένην ἤδη τὴν μουσικὴν ἐπειρᾶτο ἀναῤῥωνύναι, αὐτός τε ἀγαπῶν τὰ ἀνδρικώτερα τῶν κρουμάτων καὶ τοὺς μαθητὰς ἐπικελεύων τοῦ μαλθακοῦ ἀφεμένους φιλεργεῖν τὸ ἀρρενωπὸν ἐν τοῖς μέλεσιν. ἐπειδὴ οὖν τις ἤρετο αὐτὸν τῶν συνήθων, τί δ᾽ἄν μοι γένοιτο πλέον ὑπεριδόντι μὲν τῆς νέας καὶ ἐπιτερποῦς ἀοιδῆς, τὴν δὲ παλαιὰν διαπονήσαντι; ἄσῃ, ἔφη, σπανιώτερον ἐν τοῖς θεάτροις ὡς οὐχ οἷόν τε ὂν πλήθει τε ἅμα ἀρεστὸν εἶναι καὶ ἀρχαῖον τὴν ἐπιστήμην.*

[2]) *ὁ δὲ Φίλιππος ἀποχωρησάντων ἐκείνων εὐθέως μετεπέμπετό τινας τῶν ἑταιρῶν καλεῖν τ᾽ ἐκέλευε τὰς αὐλητρίδας καὶ Ἀριστόνικον τὸν κιθαρῳδὸν καὶ Δωρίωνα τὸν αὐλητὴν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς εἰθισμένους αὐτῷ συμπίνειν.*

scripserit aut paullo ante floruisse. Quo igitur tempore vixerint Dorion et Antigenides, eidem auctor loci Plutarchei est adscribendus. Atque Dorionem Philippo rege floruisse Theopompus *ἐν τῇ τρίτῃ καὶ πεντηκοστῇ (τῶν ἱστοριῶν) περὶ τῶν ἐν Χαιρωνείᾳ γενομένων* apud Athen. X. 435 b [1]) testis est nec non dissentiunt quae ab Athenaeo VIII. 337/8 et a Lynceo Samio, Theophrasti discipulo, apud Athen. X. 337 d [2]) narrantur. Eidem tempori est attribuendus Antigenides, ut ex Plutarchi apopht. 193 f. et ex eiusdem de Alexandri fortuna orat. 2 2. elucet. Neque iusto aequius, cum eo impellamur ut statuamus, verba illa ex scriptoris cuiusdam sub finem saeculi a. C. n. quarti florentis libro fluxisse, iudicabimus Plutarchum ex Aristoxeni libello hausisse. Hunc fontem ut verba *τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται* produnt, in initio capitis ad verbum exscripsit.

Cum iis quae protulimus congruunt quae in Plutarchi capite insequenti de musicis antiquis leguntur. Certe illorum virorum, quorum notitia ad nos non venit, nomina ex Aristoxeni libro sunt sumpta. Pancrates igitur musicus et lyricus poeta, Pindari et Simonidis imitator ad primam saeculi quarti partem est referendus; a quo versum pancratium esse appellatum existimo.

Praeter hunc lyricum poetam duo alii eiusdem nominis ex Athenaeo nobis sunt noti. Pancratem Arcadem *Ἁλιευτικά* scripsisse Athenaeus I 13 b [1]) narrat. De aetate huius poetae nihil constat atque nescio, quo iure Bergkius in Mus. Rhen. 1842 p. 356 ex Athenaei loco concludat, eum secundo post Chr. nat. saeculo esse adscribendum, cum non multo ante Oppianum vixisse videatur.

Alium Pancratem Alexandrinum Hadriani temporibus viventem Athenaeus XV. 677 e commemorat, cui Bergkius l. l. recte carmen illud, cuius in Athen. XI. 478 (*Παγκράτης*

---

[1]) l. l. Dorion Nicocreontis regis Cypriae aequalis commemoratur, quem anno 332 a. c. n. cum Alexander Magnus ex Aegypto regressus ludos tragicos institueret choris sumptus praebuisse Plutarchus in Alex. Magn. 29 nobis tradidit.

[2]) Inscriptum fuit carmen „*θαλάσσια ἔργα*“ ut dicit Athenaeus VII. 283 a. c, 305. c, 321. e.

ἐν πρώτῳ Κογχορηΐδος[1])) mentio fit, tribuit. Iam exstant tria epigrammata (Anth. Pal. VI. 117. 356. VII. 653) Pancratis. Brunckius in lectionibus ad analecta p. 57 cum tria haec epigrammata e Meleagri corona servata sint, de auctore haec: *Non de Pancrate Alexandrino, Adriani et Athenaei coaevo cogitandum est. Sed cuias fuerit hicce Meleagro antiquior cum non sciamus et ignoremus itidem, qua aetate vixerit Pancrates Arcas, cuius Halieutica et Conchoreidem laudat Athenaeus, quo multo antiquior fuisse videtur, non male forte quis coniecerit eundem fuisse hominem et Pancratem Arcada auctorem fuisse epigrammatum, quae Meleager coronae suae innexuit.* Sane Brunckio probabili argumento utenti adsentirem. Verumtamen non constat, Pancratesne Arcas ante Meleagrum fuerit an post eum exstiterit. Meleagro autem praecessisse aetate lyricum illum poetam a quo versus pancratius sit nominatus, cum haud ignoremus, verisimillimum videtur, hunc poëtam etiam epigrammatum auctorem fuisse. Quamquam hanc sententiam confirmatione carere sentiam, tamen professus sum, quia ad probabilitatem modo quoad sileant auctores pervenimus.

Age persequamur, quid de Archebulo nobis sit traditum. Suidas s. v. *Εὐφορίων* haec profert: „*Εὐφορίων Πολυμνήστου Χαλκιδεὺς ἀπὸ Εὐβοίας μαθητὴς ἐν τοῖς φιλοσόφοις Λακύδου καὶ Πρυτάνιδος, καὶ ἐν τοῖς ποιητικοῖς Ἀρχεβούλου τοῦ Θηραίου ποιητοῦ, οὗ καὶ ἐρώμενος λέγεται γενέσθαι, ἐγεννήθη ἐν τῇ ρκς' Ὀλυμπιάδι*[2]) *ὅτε καὶ Πύῤῥος ἡττήθη ὑπὸ Ῥωμαίων.*“ Vixit igitur Archebulus prima saeculi a. C. n. tertii parte. Suidas l. l. nominat poetam *Θηραῖον*, Hephaestio in enchir. p. 53, 16 (*καλεῖται μὲν οὖν Ἀρχεβούλειον ἀπὸ Ἀρχεβούλου τοῦ Θηβαίου*)

---

[1]) Codices praebent *Κογχορηΐδος*. Bergkius l. l. nomen Conchoreidis cum probabili ratione expediri nequiret, in *Cosdroeidis* (*Κοσδροηΐδος*) mutandum proposuit.

[2]) Codices praebent *ἐν τῇ ρκ' Ὀλυμπιάδι* i. e. olympiade 120: sed ut recte annotat Kuesterus haec lectio rationibus chronologicis minus congruit. Pyrrhus enim a Romanis victus fuit olympiade 126, unde et Euphorionem eadem olympiade natum fuisse oportet, si verum est quod hic ait Suidas, Euphorionem natum fuisse eo tempore, quo Pyrrhus in Italia a Romanis victus fuit. Itaque Kuesterus suo iure emendavit *ἐν ρκς' Ὀλυμπιάδι*.

Θηβαῖον, Tricha de metris p. 25 item *Θηβαῖον*. Veri tamen est simillimum, ut explicat Meinekius in analectis Alexandrinis p. 7 etiam Hephaestionem scripsisse *Θηραῖον* non *Θηβαῖον*. Quod enim ait Suidas *οὗ καὶ ἐρώμενος λέγεται γενέσθαι*, non mirum videri potest in homine Chalcidensi, *ἐπεὶ ἐπλεόναζον παρ' αὐτοῖς οἱ παιδικοὶ ἔρωτες* (Hesych. vol. II. p. 1538).

Sequitur, ut de Glycone pauca verba faciam. De quo nullum aliud exstat testimonium nisi scholiastae ad Hephaestionem p. 77 (ed. Hoerschelmann in Studemundi anecdotis variis) *κωμικὸς δὲ ἦν Γλύκων, οὗ καὶ δρᾶμα φέρεται κωμικὸν οἱ Φράτορες*[1]). Aetatem certis includere terminis haud facile poteris, nisi ex titulo[2]) ipso „*Φράτορες*" aut veteri aut mediae comoediae eum esse tribuendum censueris. Porro eiusdem unum legitur epigramma in Anth. Pal. X. 124, quod quominus eidem adscribamus nequaquam, si quid sapio, impedimur.

Unus restat Boïscus, de quo Marius Victorinus (VI. 82) haec: „*Admonemur hic quod apud Graecos celebratur non praetermittere, Boiscum Cyzicenum supergressum hexametri legem iambicum metrum in octametrum versum extendisse sub huiusmodi epigrammate:*

„**Βοΐσκος ὁ ἀπὸ Κυζικοῦ παντὸς γραφεὺς ποιήματος, τὸν**
ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον Φοίβῳ τίθησι δῶρον."

Idem epigramma Rufinus (VI. 564) Iuba auctore affert: „*octametrum catalecticum, quod appellatur boïscion:*
„**Βοΐσκος ὁ ἀπὸ Κυζικοῦ κ. τ. λ.**"

---

[1]) Christius in libro „Metrik der Griechen und Römer" p. 518 nomine metri glyconii offendebatur, quod *Φράτορες* comoedia Leuconis erat (cf. Meineke hist. crit. com. graec. I p. 217 et Bergk comment. de rell. com. att. ant. p. 106) Sed cum saepissime duae comoediae cognomines occurrant, causa non est, cur scholiastae verba in suspicionem vocemus.

[2]) Sententia, ut ex titulo aliquid concludi possit, exemplo comoediae „*Φράτορες*" inscriptae Leuconis comprobari potest. Nam quo anno docta sit Leuconis fabula ex didascalia Pacis Aristophaneae intellegitur: *ἐνίκησε δὲ τῷ δράματι ὁ ποιητὴς ἐπὶ ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐν ἄστει. πρῶτος Εὔπολις Κόλαξι, δεύτερος Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, τρίτος Λεύκων Φράτορσι.* Anno igitur 421 a. C. n. docta est.

Quamquam de tempore, quo vixerit Boïscus Cyzicenus, nihil constare valde est dolendum, tamen metrica servati epigrammatis forma artificiosa, quae solitum versus modum longe egrediatur, ad Alexandrinorum aetatem referri apte posse videtur, qua metra mirum iu modum consuta et ab usu vulgari remota valde amabantur.

Ex iis, quae hactenus explicavimus, intelleximus poetas a quibus metra illa aut inventa dicuntur aut appellata ante medium saeculum tertium a. C. n. floruisse. Callimacho quem inter annos 245 et 235 mortuum putant viri docti nullus eorum est recentior. Itaque etiam Glyco et Boiscus, de quibus nihil certi erui potest, ante hunc terminum vixisse videntur. Quae si perpendes, intelleges metrorum a poetis nuncupandorum rationem ante Callimachum exortam non esse, hoc scilicet posito atque concesso, ut nomenclatura — licebit enim hoc nomine uti — illa ad unum virum doctum sit referenda. Iam ne cupidius aequo agere in rem nostram videamur, circumspiciamus quae metrorum appellationes ante tertium saeculum a. C. n. usu veniant apud scriptores.

Quamquam ad librum aliquem de re metrica ante tertium saeculum compositum confugere non licet neque alio auxilio nisi Aristoxeni fragmentis uti possumus, tamen ex iis et ex scriptorum locis, ubi hic vel illic occasione oblata metri alicuius mentio fit, colligere licet, quomodo ante hoc tempus metra sint vocata. Versus nempe notissimi et usitatissimi certa utuntur appellatione. Neque mirum quod hexameter dactylicus quippe qui longe saepissime usurpatus sit diversis significatur rationibus. Nam et

ἔπος[1])

Aristot. rhetor. III. 16. 1417a 14: *παράδειγμα ὁ Ἀλκίνου ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔπεσι πεποίηται* nominatur et

---

1) *ἔπος* pro hexametro dactylico saepissime occurrit in Herodoti, Xenophontis, Thucydidis, Platonis, Aristotelis operibus.

ἡρωϊκόν[1])

Plat. legg. XII. 958 E. *μὴ πλείω τεττάρων ἡρωϊκῶν στίχων.* Plat. reip. III. 400 B. Aristot. poet. 24. 1459 b 32 *τὸ δὲ μέτρον τὸ ἡρωϊκὸν ἀπὸ τῆς πείρας ἥρμοκεν . . . τὸ γὰρ ἡρωϊκὸν στασιμώταιον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστίν.* Aristot. poet. 22. 1459a 10 *αἱ γλῶτται (ἁρμόττουσι) τοῖς ἡρωϊκοῖς.* Aristot. poet. 4. 1448b 33. *ἐγένοντο τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἡωϊκῶν ποιηταί.* Aristot. rhet. III. 8 1408 b 32. *τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικὸς καὶ ἁρμονίας δεόμενος.* Aristot. poet. 24. 1460 a 3. *διὸ οὐδεὶς μακρὰν σύστασιν ἐν ἄλλῳ πεποίηκεν ἢ τῷ ἡρώῳ.* appellatur et

ἑξάμετρον

Herod. I. 47. *ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει.* Herod. I. 62. V. 60. 61. Herod. VII. 220. *ταῦτα δέ σφι ἐν ἔπεσι ἑξαμέτροισι χρᾷ λέγοντα.* Plat. leg VII. 810 E. *λέγω μὲν ὅτι ποιηταί τε ἡμῖν εἰσί τινες ἐπῶν ἑξαμέτρων πάμπολλοι καὶ τριμέτρων.* Aristot. rhet. III. 1. 1404 a 34. *καὶ ἔτι νῦν οἱ τὰ ἑξάμετρα ποιοῦντες.* Aristot. poet. 4. 1449 a 27. *ἑξάμετρα δὲ ὀλιγάκις (λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους).* Iambicum porro trimetrum, sicubi eius mentio fit scriptores aut

ἰαμβεῖον

Plat. Euthyd. 291. D. *κατὰ τὸ Αἰσχύλου ἰαμβεῖον.* Plat. reipubl. II. 380. A. *ἐάν τις ποιῇ ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι.* Plat. reipubl. X. 602. B. Aristot. poet. 4. 1448 b. 31. ibid. 4. 1449 a 24. *μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστιν.* ibid. 4. 1449 a 21. *τό τε μέτρον ἐκ τετραμέτρου ἰαμβεῖον ἐγένετο.* ibid. 22. 1458 b. 19. *οἷον τὸ αὐτὸ ποιήσαντος ἰαμβεῖον Αἰσχύλου καὶ Εὐριπίδου.* ibid 22. 1459 a 10. ibid. 24. 1459 b. 37[2]). Aristot. rhetor. III. 8. 1408 b. 34. *διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες.* ibid. III. 1, 1404 a 31. ibid. III. 3. 1406 b 3. ibid. III. 9. 1409 b 9. *(δεῖ τὴν περίοδον) μὴ διακόπτεσθαι ὥσπερ τὰ Σοφοκλέους ἰαμβεῖα* vocant aut

---

[1]) de formis *ἡρωικόν* et *ἡρῷον* cf. Vahlen *Beiträge zu Aristoteles Poetik* in *Sitzungsberichte der kaiserl. Acad. der Wissenschaften* vol. 56. p. 337.

[2]) etiam hoc loco **ἰαμβεῖον** cum codd. (*A* **ἰαμβίον**, *B* **ἰαμβεῖον**) ex constanti usu Aristotelico scribendum esse docet Vahlen l. l. p. 337.

τρίμετρον

Herod. I. 12. τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη [1]). Herod. I. 174. ἡ δὲ Πυθίη σφι, ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι χρᾷ ἐν τριμέτρῳ τόνῳ. Aristophan. nub. v. 642. ὅτι κάλλιστον μέτρον ἡγεῖ· πότερα τὸ τρίμετρον ἢ τὸ τετράμετρον; Plat. legg. VII. 810 E. Aristot. poet. 1. 1447. b 11. Nec non tetrameter trochaïcus constanti utitur appellatione, quotiens enim occurrit,

τετράμετρον

Xenoph. conviv. 6, 3. Νικόστρατος ὁ ὑποκριτὴς τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγε. Aristoph. nub. 645. περίδου νυν ἐμοί, εἰ μὴ τετράμετρόν ἐστιν ἡμιεκτέον. Aristot. rhet. III. 8. 1409 a 1. ἔστι τροχερὸς ῥυθμὸς τὰ τετράμετρα. Aristot. poet. 24. 1459 b 37. τὸ ἰαμβεῖον καὶ τετράμετρον κινητικά. ibid. 4. 1449 a 21. rhet. III. 1 1404 a 31. ἐκ τῶν τετραμέτρων εἰς τὸ ἰαμβεῖον μετέβησαν nuncupatur. Iam versuum quorum alter hexameter alter pentameter compositio

ἐλεγεῖον

Thucyd. I. 132. ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε . . . . . . Plat. Hipparch. 228 D. ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον. Plat. reipubl. II. 368 A. id. Menon. 95 D. Aristot. poet. 1. 1447 b. 12. οὐδὲ εἴ τις διὰ τριμέτρων ἢ ἐλεγείων ἢ τῶν ἄλλων τινῶν τῶν τοιούτων ποιοῖτο τὴν μίμησιν. Aristot. rhet. I. 15. 1375 b. 32. ibid. III. 2. 1405 a 33. significatur et

πεντάμετρον

obvium apud Hermesianactem (Athen. XIII. 598. A) μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. Anapaestica porro tripodia (cf. schol. ad. Aristoph. nub. 651).

ἐνόπλιος

Xenoph. anabas. 6, 1, 11. ᾖσάν τε ἐν ῥυθμῷ πρὸς τὸν ἐνόπλιον ῥυθμὸν αὐλούμενοι. Aristoph. nub. 651. ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν κατ' ἐνόπλιον, χὠποῖος αὖ κατὰ δάκτυλον. Plat. reipubl. III. 400 B. οἶμαι δέ με ἀκηκοέναι οὐ σαφῶς ἐνόπλιόν τέ τινα ὀνομάζοντος αὐτοῦ (sicl. Δάμωνος) ξύνθετον καὶ δακτυ-

[1]) Steinius haec verba suspecta habet, quia sententiarum nexus violenter interrumpitur.

λον καὶ ἡρῷον nominatur. Aliorum metrorum appellationes non inveni. Sed singulorum pedum cum

ἴαμβοι

Plat. reipubl. III 400 B. ἴαμβον καί τιν' ἄλλον τροχαῖον ὠνόμαζε. Aristot. rhet. III. 8. 1408 b 33. ὁ ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. Arist. poet. 4. 1448 b 33. et

τροχαῖοι

Plat. reipubl. III. 400 B. Aristot. rhet. III. 8. 1408 b. 36. ὁ τροχαῖος κορδακικώτερος. Aristot. poet. 12. 1452 b. 24. στάσιμον δὲ μέλος χοροῦ τὸ ἄνευ ἀναπαίστου καὶ τροχαίου et

χορεῖοι

Aristoxen[1]) p. 34. καλεῖται δ' οὗτος χορεῖος ἄλογος et

ἀνάπαιστοι

Pherecrat. apud Hephaest. p. 62, 1. 106, 3. ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν ἐξευρήματι καινῷ, συμπτύκτοις ἀναπαίστοις. Aristophan. Acharn. 627 ἀλλ' ἀποδύντες τοῖς ἀναπαίστοις ἐπίωμεν. id. pac. 735 εἴ τις κωμῳδοποιητὴς αὑτὸν ἐπῄνει πρὸς τὸ θέατρον παραβὰς ἐν τοῖς ἀναπαίστοις. id. equit. 504. ὑμεῖς δ' ἡμῖν πρόσχετε τὸν νοῦν χαίροντες τοῖς ἀναπαίστοις. id. av. 683. ἄρχου τῶν ἀναπαίστων. Aristot. poet. 12. 1452 b 24. et

δάκτυλοι

Aristoph. nub. 651. Plat. reipubl. III. 400 B. Aristoxen. p. 36[2]) et

κρητικοί

Cratin. (Meineke frgm. com. graec. II. p. 144). ἔγειρε δὴ νῦν Μοῦσα κρητικὸν μέλος. Aristoxen p. 41. διτρόχαιος ἢ ἀντιπαράλληλος ὁ καὶ κρητικὸς κατ' Ἀριστόξενον et

παιᾶνες

Aristot. rhet. III. 8. 1409 a 11. ἔστι δὲ παιᾶνος δύο εἴδη ἀντικείμενα ἀλλήλοις ὧν τὸ μὲν ἐν ἀρχῇ ἁρμόττει, ὥςπερ καὶ χρῶνται· οὗτος δ' ἐστὶν οὗ ἄρχει μὲν ἡ μακρά, τελευτῶσι

---

[1]) Aristoxeni locos attuli ex „die Fragmente und die Lehrsätze der griechischen Rythmiker von R. Westphal. Leipzig 1861.

[2]) Aristoxenus p. 36 τῶν δὲ ποδῶν τῶν καὶ συνεχῆ ῥυθμοποιίαν ἐπιδεχομένων τρία γένη ἐστί· τό τε δακτυλικὸν καὶ τὸ ἰαμβικὸν καὶ τὸ παιωνικόν tria pedum genera enumerat et in iis quae sequuntur quomodo inter se differant exponit.

δὲ τρεῖς βραχεῖαι (— ◡ ◡ ◡) . . . . ἕτερος δ' ἐξ ἀναντίας, οὗ βραχεῖαι ἄρχουσι τρεῖς, ἡ δὲ μακρὰ τελευταία (◡ ◡ ◡ —). Aristoxen. p. 36. 37. 38. commemorentur, facile aliis metris, sicubi erant significanda, nomina ex numero pedum seu dipodiarum dari poterant. Atqui normae versuum a poetis appeldorum nondum exstat vestigium.

Priusquam de tempore quo haec ratio inventa esse videatur dissero, paucis verbis naturam huius doctrinae explicare velim. Cum enim non solum nomina metrorum a poetis sumpta occurrant, sed etiam a metricis exponatur, quo unum quidque ex notis et usitatis originem trahat, diiudicanda est haec quaestio, fueritne nomenclatura illa metrica coniuncta cum metrorum derivandorum ratione. Viam monstrant Pherecratis versus notissimi[1]):

„ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν
ἐξευρήματι καινῷ
συμπτύκτοις ἀναπαίστοις“.

qui apud Hephaest. p. 62, 1 et 106, 3 leguntur. De his versibus cum mihi aperiendum sit, non mediocriter me difficultate impeditum sentio. Tantum enim abest, ut hic locus, quantumvis operae in eo consumpserint viri docti, satis pertractatus videatur,[2]) ut ne in eo quidem omnes consentiant, utrum verba illa „σύμπτυκτοι ἀνάπαιστοι“ ad hosce ipsos versus sint referenda an ad eos quos statim prolaturus fuerit Pherecrates. Quamquam prior ratio mihi magis placet, si quidem hi ipsi versus quibus tamquam suo invento, ἐξευρήματι καινῷ, gloriatur Pherecrates, apud posteros metricae rei doctores Pherecratis nomine insigniti feruntur. Non dubium, quin poeta hos versus anapaestico ictu feriendos voluerit. Atque cum puros anapaestos non adhiberet sed prima et tertia quaque sede spondeum, secunda dactylum poneret, adiectivum σύμπτυκτοι ad ipsam hanc anapaestorum obscuriorem naturam spectat. Haec sententia testimonio scholiastae ad Pindari Ol. IV p. 107 (ed. Boeckh) confirmatur, qui scribit οἱ γὰρ

---

[1]) hoc mihi suppeditavit Kiesslingius.
[2]) Nupperime de hac re egit Crusius in mus. rhen. XLIII p. 197 sqq.

σπονδεῖοι σύμπτυκτοι ἀνάπαιστοι λέγονται. Pherecrates igitur ipse hos versus esse anapaesticos censuit: at rei metricae scriptores qui his *συμπτύκτοις ἀναπαίστοις* nomen Pherecratis indiderunt, metrum dactylico numero dimetiebantur. Qui autem fieri potuit, ut ex numero anapaestico, quem ipse eius auctor anapaestos esse diserte dixit, evaderet rythmus dactylicus? Certe non alio modo nisi quod metrum pherecratium derivabant ex dactylico — ut ceteros omittam testes, Marius Victorinus (VI. 74) pherecratium metrum ex heroo ita oriri narrat, ut sit pars ultima hexametri —.

Hinc elucet et normam derivandorum metrorum et nomenclaturam illam poeticam inter se esse iunctissimas alteram ex altera pendere.

Iam si inquirimus, quando haec metrica doctrina nata sit, prima huius normae vestigia ubi appareant sunt illustranda.

Varronis pauca fragmenta exstant, quae demonstrant eum has leges metricas novisse. Huc spectat fragmentum 72 (Wilmannsius: de M. T. Varronis libris grammat.) *trimetrum Varro ab Archilocho auctum dicit adiuncta syllaba et factum tale: „omnipotente parente meo.“* Eodem loci ubi ex iambico senario septenarium [1]) et octonarium [2]) et dimetrum iambicum catalecticum [3]) deduxit. Praeterea metrorum a poetis appellatorum *archilochium* [4]) commemorat. Varro igitur et ratione qua ex simplicibus versibus alii fiunt et appellatione illa versuum usus est. Sed eum hanc disciplinam ipsum condidisse

---

[1]) Idem Varro in eodem libro VII de sermone latino ad Marcellum sic dicit: *At in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiet comicus quadratus, ut hic „heri aliquot adulescentuli coimus in Piraeo.“* (Rufin. VI. 556).

[2]) *Octonarius est, ut Varro dicit, cum duo iambi pedes iambico metro praeponuntur et fit versus talis: „pater meus dicens docendo qui docet dicit docens.“* (Diomed. I. 515).

[3]) *Ex iambico novum carmen refert Varro cuius exemplum est tale: „pedem rythmumque finit.“ si addas hic quae detracta sunt ex iambico, eundem iambicum supplebis sic: „pedem rythmumque finit alta navium.“ potest hoc comma tale esse quale illud: „Philumenae dolores“, quod est ex iambico septenario,* (Diomed. I. 518).

[4]) frgm. 77 (Wilmanns).

nemo, puto, iudicabit, cum omnia quae in libris proferret undique peteret et in unum coacervaret corpus. Fontem autem ex quo in metricis rebus praecipue hauserit indicare possumus. Cum Varronem qui Tyrannionis discipulus fuisset in libris de lingua latina Dionysii Thracis vestigia premere Wilmannsius in libro *de M. Terent. Varronis libris grammaticis* demonstraverit, etiam hoc in capite eum Alexandrinorum disciplinam referre puto.

Alque hoc in propatulo esse videtur metricam illam rationem tum demum vigere potuisse, cum viri docti qui poetarum lyricorum, tragicorum, comicorum libros edendos curaverunt coacti essent rei metricae operam impendere. Alexandriae Ptolemaeorum temporibus immensa poetarum materia sagaciter et diligenter disponi et tractari coepta est. Hic extiterunt Aristophanes Byzantius et Aristarchus duo illi summo ingenio et singulari praediti doctrina grammatici quos poetarum studia valde coluisse scimus[1]). Hi viri[2]), cum poetarum editiones curaturi in compositorum metrorum naturam inquirerent, composita ex simplicibus derivabant eisque nomina indiderunt a poetis seu inventoribus seu frequentatoribus ducta. Aptissime huic sententiae convenit, quod poetarum illorum, ut supra demonstravimus, a quibus metra sunt vocata nullus post medium saeculum tertium vixerit.

Alexandrinorum igitur leges metricas Varro in latinum transtulit sermonem. Cum frustulis Varronis consentiunt aut certe non dissentiunt quae apud Caesium Bassum, Victorinum, Diomedem legimus.

Ex Caesio Basso omnes fere scriptores metrici latini pendent, e quo Atilium Fortunatianum, Diomedem, Terentianum Maurum hausisse Lachmannus in praefat. Terent. Mauri p. XVI. ostendit.

---

[1]) cf. Nauck: Aristophanis Byzantii grammatici Alexandrini fragmenta.

[2]) olim censueram, ex canone qui dicitur Alexandrino tempus definiri posse, quo haec metrica ratio orta sit, cum nomina poetarum et in nomenclatura illa et in canone maxima ex parte consentiant. Sed postea vidi, nomina eorum poetarum qui in canonem recepti sint Ruhnkenium ex arbitrio elegisse.

Sed una cum proba et antiqua doctrina posteriorum temporum vana inventa dubiaeque vel falsae observationes irrepserunt in libros de re metrica scriptos. Quae a genuinis discernere in iis quae sequuntur conabor.

Hac in doctrina metrica aut singula metra a singulis poëtis nomen traxerunt aut si compluria metra eiusdem poëtae nomine appellabantur, singula ita definienda erant, ut confundi et permutari non possent. Quod ne fieret primitus metra, quae ab uno et eodem poëta nomen acceperunt, numero syllabarum apposito inter se distincta esse videntur. Hunc usum facile ex conspectu metrorum quem suprà p. 3 sqq. proposui cognosces. Sane haec syllabarum numerandarum ratio, quamquam posterioribus temporibus metra alio quoque modo inter se distincta sunt, et simplicissima et facillima fuit, qua singula metra intra se discernerentur. Exempli causa hoc adiumento quattuor cola strophae alcaicae optime distingui potuerunt ita ut duo prima cola nominarentur versus alcaici hendecasyllabi, tertium colon alcaicum metrum enneasyllabum, quartum alcaicum decasyllabum. Quamvis hac distinctione iam illi viri docti, qui primi metris nomina dederunt, usurpasse videantur, maximae tamen parti metrorum unam modo primitivam appellationem inditam esse patet. Atque hanc normam usque in posteriora saecula servatam esse cognosces ex metrorum conspectu (p. 3 sqq.). Qua in re sicubi saepius metrici inter se dissentiunt, id plerumque aut errori scribarum aut ipsorum scriptorum nescitiae tribuendum videtur. Cuius rei exempla supra attigi. Quae quum ita sint, mirum est, quod apud Marium Plotium et in Servii Centimetro non raro sed saepissime variae metrorum formae ab uno et eodem poëta appellantur. Atque Servius in libello de centrum metris scipto, quo primum octo principalium metrorum formas enumerat, deinde de dispersis metris agit, in praefationis fine *metra vel a pedibus nomen accipere, vel a rebus, quae describantur, vel ab inventoribus vel a frequentatoribus vel a numero syllabarum* monet. Nos hoc loco nihil curamus nisi ea quae ab inventoribus vel frequentatoribus nomina acceperunt.

Inspicias, quaeso, quot metra a singulis poëtis sint nominata. Centum metrorum quae Servius digessit, 78 metra a 25 poëtis sunt vocata: quod quomodo factum sit, ex ea quae sequitur tabula cognoscitur.

	iamb.	troch.	dact.	anap.	chori-amb.	anti-spast.	ionic. a mai.	ionic. a min.	disp.	
1. aristophanium	3			2	1					6
2. euripideum	1	1								2
3. anacreontium	3	1			1	2		2		9
4. archilochium	2	2	2						4	10
5. alcaicum	1					1			3	5
6. alcmanium	1	1	5	3				1		11
7. hipponactium	2	1					1			4
8. pancratium		1								1
9. bacchylidium		1								1
10. sapphicum		2			1			1	1	5
11. sotadicum		2					1			3
12. simonidium		2	1							3
13. stesichorium		2	1							3
14. choerilium			1							1
15. ibycium			3							3
16. pindaricum				2						2
17. archebulium				1						1
18. callimachium					1					1
19. praxillium							1			1
20. timocreontium								1		1
21. phrynichium								1		1
22. pherecratium									1	1
23. glyconium									1	1
24. asclepiadeum									1	1
25. phalaecium									1	1

Vides igitur a duodecim poëtis duodecim metra nomen accepisse, reliqua sexaginta sex inter tredecim auctores appellationis ita dispersa sunt, ut exempli causa nomen metri alcmanii inditum sit uni metro iambico, uni trochaico, quinque dactylicis, tribus anapaesticis, uni ionico a minore.

Talis varietas cum ab initio exstitisse non potuerit, decursu temporum irrepserit necesse est, nisi forte statuamus, Servii rationem a vetere illa ratione metrorum significandorum prorsus recessisse. Sed ne hoc statuamus, vetant ipsa verba Servii qui initio libelli haec affert: *tot enim metrorum digessi quanta potui brevitate rationem omittens, quo quidque nascatur ex genere.* Hinc intellegitur Servium praecepta illa quomodo unum metrum ex altero derivaretur haud ignoravisse sed neglexisse, ut brevem singulorum metrorum conspectum redderet. Eodem brevitatis studio ductus unicuique metro nomen poetae quasi lemma praefixit prorsus omittens omnes illas notas, quibus singulae discerni possint. Incipit enim: *de aristophanio. aristophanium constat e. q. s. de euripideo. euripideum constat e. q. s.* et eodem modo de aliis metris.

Atque cum intellegeret non omnia illa metra, de quibus agere sibi proposuerat, certo poëtae nomine significari, veterem illam rationem metrorum appellandorum ita amplificavit, ut illa, quae nomine simplici non utebantur, ab iis poëtis nominaret qui saepius eo metro usi erant. Velut Servius IV. p. 460 metrum — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ *simonidium* appellat; quo Simonidem usum esse ex Mar. Vict. VI. 73. 10 scimus: *trimetrus autem acatalectus, qui e tribus (scil. dactylis) constat ut*

„cui non dictus Hylas puer."

hoc hemiepes dicitur, quo Simonides frequenter usus est."

Simili modo Servius Cent. IV. 463,5 metrum quod constat monometro choriambico et antibaccho, ut est hoc: *„puerpureos tyrannos"* — ◡ ◡ — ◡ — ⏓ *aristophanium* nominat. Ex Hephaestione pag. 56. 2[1]) scimus, Aristophanem hoc metro esse usum.

Sed Servium genuinam Alexandrinorum rationem nobis servare, duodecim illa metra ostendunt, quorum unumquidque a certo poëta nominatum unam modo formam exhibet. Sunt autem haec:

---

1) *τὰ δὲ εἰς τὸν ἀμφίβραχυν ἢ βακχεῖον, οἷον δίμετρα μὲν* (scil. *χοριαμβικά*) *τὰ ἐξ Αἰολοσίκωνος Ἀριστοφάνους*

„οὐκ ἐτός, ὦ γυναῖκες
πᾶσι κακοῖσιν ἡμᾶς
φλῶσιν ἑκάστοτ' ἄνδρες." e. q. s.

1) **archebulium** ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ (IV p. 462) — eadem forma utitur ap. Caes. Bass. VI 256; Heph. p. 53; Mar. Vict. VI 126 Terent. Maur. v. 1913; Diom. I 514. Tricha de metris p. 25.

2) **asclepiadeum** — — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏒ (IV. 465) — idem praebet Caes. Bass. VI 306; Atil. Fort. VI. 295; Diom. I. 516; Mar. Vict. VI. 109; Mall. Theod. VI. 590; Heph. p. 63; Tricha de metr. p. 31.

3) **callimachium** — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — — (IV. 463. 13) idem obvium ap. Plot. VI. 536; Trich. de metr. p. 28.

4) **choerilium** — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — (IV 461. 7) — eadem forma exstat ap. Mar. Vict. VI. 110; Plot. VI. 507.

5) **glyconium** — — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏒ (IV. 465 et 469) — prorsus congruunt Caes. Bass. VI. 306. Mar. Vict. VI. 74. 163; Plot. VI. 515; Mall. Theod. VI. 592; Heph. p. 62; Atil. Fort. VI. 297; Diom. I. 519.22. 520.10; Tricha p. 31.

6) **pancratium** — ⏑ — ⏑ — (IV. 459.9) — eadem forma legitur in frg. Bobiens. VI. 621.

7) **phalaecium** — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ (IV. 465) eodem modo formatum apud Caes. Bass. VI. 258; Heph 62.12; Diom. I. 509; Atil. Fort. VI. 293; Mar. Plot. VI. 537.

8) **pherecrateum** — — — ⏑ ⏑ — ⏒ (IV. 465) — idem Atil. Fort. VI. 297; Mall. Theod. VI. 592 Diom. I. 520.

Heph. p. 61; Plot. VI. 515; Mar. Vict. VI. 74 Tricha de metr. p. 30.

9) **phrynichium** ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — (IV 464) — Tricha de metr. p. 38 dicit, Phrynichum saepissime usum esse tetrametro catalectico (scil. ionico a minore)[1])

---

[1]) Tricha de metr. p. 36 exponit in metro ionico a minore inveniri *δίμετρα καὶ τρίμετρα καὶ τετράμετρα καὶ πεντάμετρα· καὶ τούτων τὰ μὲν βραχυκατάληκτα, τὰ δὲ καταληκτικά τε καὶ ἀκατάληκτα καὶ ὑπερκατάληκτα.* Tricha de dimetris et trimetris agit et ita quidem, ut ordinem quem ipse retulit sequatur. In tetrametro primum de brachycatalecto agit, tum dicit (p. 38): *τετράμετρον δε ἀκατάληκτον καθαρόν ἐστὶ ἕκαστον τῶν προκειμένων τριῶν ἐπῶν, τὰ δε τοιαῦτα τετράμετρα καὶ ἐπισημότατά εἰσι.* ***Καὶ Φρύνιχος ὁ***

10) praxillium — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — (IV. 464) — quod idem apud Hephaest p. 68; Mar. Victor. VI. 91. 129 Mar. Plot. VI. 538 Trich. de metr. p. 34.

11) timocreontium (si coniecturam p. 16 prolatam recipere licet) ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — (IV. p. 464.15) — eandem formam exhibet ap. Heph. p. 76; Trich. de metr. p. 37.

12) bacchylidium — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — (IV. 459.19) quod metrum apud alium rei metricae scriptorem non inveni.

Duodecim igitur metrorum formae cum iis, quos alii rei metricae scriptores afferunt, congruunt — quod bacchylidium metrum apud alium metricum non exstat, casui attribuendum videtur — itaque non est dubitandum, quin Servius antiquam tradiderit rationem metricam.

Etiam apud Marium Plotium Sacerdotem compluria metra inveniuntur, quae ab eodem poëta nomen acceperunt. Sic ab eo recensentur sena metra archilochia, hipponactia, sapphica; quattuor anacreontia, bina alcaica, archebulia, euripidea, glyconea, pherecratea, pindarica, quae inter se ita distinguuntur, ut uniuscuiusque metri indoles ac ratio propria addatur. Velut sex illa metra archilochia hoc modo discernuntur a Plotio:

1) *archilochium dipenthemimericum pentametrum* (VI. p. 512.

2) *archilochium penthemimericum simplex hypercatalectum* (VI. p. 517).

3) *purum iambicum trimetrum archilochium acatalectum* (p. 518.)

4) *acatalectum archilochium dimetrum iambicum* (VI. p. 520).

5) *encomiologicum archilochium* (VI. p. 544).

6) *logaoedicum archilochium ithyphallicum* (VI. p. 544).

Hanc rationem unde hauserit, an ei propria sit an vetustior, tum demum diiudicari poterit, si de eius auctoribus certius nobis constiterit.

παλαιὸς ποιητής, ὅ τε κωμικὸς καὶ ὁ τραγικὸς ἐν πολλοῖς φαίνονται χρώμενοι τοῖς τοιούτοις. Hoc loco Trichae, si ordinem servare voluit, de tetrametro catalectico erat dicendum. Atque re vera eum scripsisse τετράμετρον καταληκτικόν ex eo elucet, quod infra agitur de tetrametro acatalecto. Nostro igitur loco ἀκατάληκτον mutandum est in καταληκτικόν.

Atque graecos auctores eum adhibuisse et ipse profitetur[1]) et magna graecorum latinis immixtorum exemplorum copia docet, quorum plurima in Hephaestionis enchiridio exstant[2]).

Porro quam arta necessitudo inter Plotium et Hephaestionem intercedat, demonstrant quae uterque de metro paeonico tradit.

Hephaestio (p. 77) de paeonico metro haec affert: „τὸ

---

[1]) Plot. VI. p. 543: *„quem (scil. librum) de graecis nobilibus metricis lectis a me et ex his quicquid singulis fuerat optimum decerpto composui."*

[2]) a) Plot. VI. p. 505 metri heroici affert exemplum

„μῆνιν ἄειδε θεά, Πηληιάδεω Ἀχιλλῆος"

item Heph. p. 41.

b) Plot. VI. p. 511 simmii metri affert exemplum

„χαῖρε ἄναξ ἕταρε ζαθέας μάκαρ ἥβας"

item Heph. p. 42.

c) Plot. VI. p. 512. exemplum aeolici sapphici pentametri dactylici affert

„ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν Ἄτθι, πάλαι πόκα"

item Heph. p. 46 (σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον)

d) Plot. VI. p. 514 exemplum anacreontii tetrametri dactylici:

„ἁδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ"

item Heph. p. 42 (Ἀνακρέων ὅλα ᾄσματα συνέθηκεν)

c) Plot. VI. p. 517 archilochii simplicis penthemimerici hypercatalectici exemplum

„ἐν δὲ Βατουσιάδης"

item Heph. p. 43.

f) Plot. VI. p. 519 hipponactii trimetri clodi exemplum:

„ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω"

item Heph. p. 34

g) Plot. VI. p. 520 anacreontii dimetri iambici exemplum:

„ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι
πάρεστι γάρ, μαχέσθω"

item Heph. p. 32.

h) Plot. VI. p. 534 dimetri catalectici choriambici exemplum:

„ἱστοπόνου μείρακες"

item Heph. p. 55.

i) Plot. VI. p. 537 glyconii dimetri antispastici acatalecti:

„κάπρος ἡνίχ' ὁ μαινόλης"

item Heph. p. 62.

k) Plot. VI. p. 545 pindarici compositi exemplum:

„ὅς καὶ τυπεὶς ἁγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν"

item Heph. p. 96.

δὲ παιωνικὸν δέχεται καὶ λύσεις εἰς τοὺς καλουμένους παίωνας. καλεῖται δὲ καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ποιητῶν κρητικὸν, ὥσπερ ὑπὸ Κρατίνου ἐν Τροφωνίῳ·

„ἔγειρε δὴ νῦν μοῦσα κρητικὸν μέλος"

Plotius VI. p. 542 haec: *paeonicum metrum multi creticum nuncupaverunt . . . . unde Cratinus dicens.*

„age Musa dicamus Creticum modum"

intulit metrum paeonicum.

Exemplum Cratini igitur, quod Hephaestio affert, in sermonem latinum Plotius vertit. Altero loco huius capitis de dimetro puro acatalecto agit Plotius et exemplo utitur: *„ὦ πόλι φίλη φίλη"* quod formatum est ad rationem eius, quod Hephaestio attulit ad tetrametrum[1]). Cum enim graeco fonti dimetri paeonici exemplum non inesset, Plotius ipse ita sibi finxit, ut tria prima vocabula tetrametri reponeret et tertium iteraret.

Sed ne ex ipso Hephaestione haec prompsisse Plotium statuamus, vetant ea quae de pindarico metro[2]) apud utrumque leguntur, aliunde nobis non tradita.

Plotius cum afferat metrum pindaricum — quod Hephaestio *πινδαρικὸν ἑνδεκασύλλαβον* nominat — addit *graecum*

---

[1]) *„ὦ πόλι φίλη Κέκροπος αὐτοφυὲς Ἀττική"*

[2]) Heph. p. 84, 10 *τὸ καλούμενον πινδαρικὸν ἑνδεκασύλλαβον, ὃ τὴν μὲν πρώτην ἀντισπαστικὴν ἔχει τὰ δὲ λοιπὰ ὁμοίως τῷ Σαπφικῷ χοριαμβικὴν καὶ ἰαμβικὴν κατακλεῖδα· οἷον*

„Ὁ Μουσαγέτας με καλεῖ χορεῦσαι
ἄγοις ὦ κλυτὰ θεράποντα Λατοῖ."

Plotius VI p. 535 de eodem metro haec: *trimetrum choriambicum fit prima syzygia ex iambo et trochaeo i. e. antispasto, in medio choriambo, in fine amphibrachy:*

„canebas eos puero colendo"

graecum exemplum non inveni.

Heph. p. 96. 1. *ἀνεστραμμένον δέ ἐστι τούτῳ* (scil. *πλατωνικῷ*) *τὸ Πινδαρικὸν καλούμενον.*

„ὃς καὶ τυπεὶς ἁγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν."

Plotius VI p. 545 de eodem metro haec: *compositum pindaricum fit penthemimerico iambico ex utraque parte posito et in medio penthemimerico dactylico*

„ὃς καὶ τυπεὶς ἁγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν."

exemplum non inveni. Eodem modo VI, p. 538 ubi de antispastico tetrametro agit, dicit *graecum exemplum non repperi,* quamquam Hephaestio (p. 66) huic metro exemplum asserit. Inspexit ita Plotius artem aliquam metricam quae sive ex Hephaestione ipso sive ex eius fonte pendet.

Sed Plotius, ut ipse confitetur[1]) compluribus metricis usus est. Inter quos fuisse qui rationem metrorum secuti sint in metris disponendis non solum ipse dicit l. l. sed etiam indicia — quamquam rara — huius normae in libello inveniuntur[2]).

Quem fontem ne quis eundem esse iudicet meminerit a

---

1) Plotius VI p. 543 *si quis invenerit aliquod metrum in hoc libro non positum, quem de graecis nobilibus metricis lectis a me et ex his quicquid singulis fuerat optimum decerpto composui, non imperitia iudicet ignoratum. nam aut aliqua re detracta aut addita aut commutata inveniet figuratum*

2) Plot. VI. p. 511. *huic metro (scil. pentametro dactylico integro acatalecto) detracta syllaba novissima facit metrum simmium.*

Plot. VI. p. 517. *huic metro (scil. hymenaico dimetro sapphico) addita syllaba faciet metrum archilochium penthemimericum sed simplex.*

Plot. VI. p. 520. *acatalectum archilochium dimetrum iambicum fit syllaba addita anacreontio dimetro catalectico.*

Plot. VI. p. 521. *huic (scil. alcmanico trimetro brachycatalecto coluro) si addiderimus alterum pedem disyllabum iambum, erit timetrum iambicum purum acatalectum archilochium, de quo paulo ante tractavi.*

Plot. VI. 522. *huic* (scil. *trimetro catalectico iambico*) *si fuerit addita in fine syllaba, fiet archilochium, de quo paulo ante tractavi.*

Plot. VI. p. 527 *hoc* (scil. *pentametrum catalecticum iambicum*) *potest dividi in dimetrum acatalectum archilochium, de quo supra docui, et in trimetrum catalecticum, de quo similiter supra tractavi.*

Plot. VI p. 528. *hoc (scil. heptametrum acatalectum iambicum) divisum poterit acatalectum tetrametrum facere, quorum supra exempla tractavi.*

Plot. VI. p. 529. *trochaicum dimetrum catalecticum euripidium* fit una syllaba a superiore (i. e. dimetro anacreontio) metro sublata.

Plot. VI. p. 534 *tetrametrum brachycatalectum laconicum duplex* [— ◡ ◡ — — ◡ ◡ — — — ◡ ◡ =̄ ◡ ◡ — — —] *trahitur ab aristophanio tetrametro brachycatalecto, de quo paullo ante tractavi . . . sublata syllaba novissima et novissimo anapaesto in spondeum mutato fit metrum hoc laconicum.*

Plot. VI. p. 537. *Choriambicum phalaecium ex heroico venit vel elegiaco sine ultima secundae caesurae penthemimericae.*

Plot. VI. p. 542. *cui* (*dimetro ionico acatalecto*) *additus ex utraque parte spondeus faciet unum genus secundum de sotadiis.*

derivatorum metrorum expositione Hephaestionem quem prorsus vestigia Heliodori premere sciamus alienum fuisse. (cf. Keilius grammat. lat. t. VI. p. 252 et Hensius de Juba artigrapho p. 23.) Sed quis errantibus et fontem illum Plotianum detecturis viam aperire potest? Ni fallor Plotius ipse huic quaestioni scrupulosae lucem affert. Grammaticus nempe Jubam nominat in fine tertii libri ubi de metris agitur VI. p. 546.8 *„arietat in muros et duros obice postis e. q. s.“, quos pedes quidam faciunt dactylicos, primas duas breves ligatas pro longa accipientes sicut praecepit Juba metricus.* Jubae igitur artem Marius Plotius inspexit. Atque a Juba derivata illa metra non esse praetermissa, quamquam certa temporis iniuria nobis inviderit fragmenta, Hensius l. l. p. 23 sqq. evicisse mihi videtur. Itaque eos Plotii locos ubi derivatorum metrorum mentionem faciat quin ex Juba fluxisse existimem non dubito. Eidem fonti Marii Plotii locum qui legitur VI. p. 544 adscribere velim.

Plotius qui de duobus metris archebuliis agit primo loco affert *logaoedicum archebulium, quod fit duobus dactylis et duobus trochaeis vel trochaeo et spondeo* (— ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ⏗)

„iam Cytherea choros Venus dat“

tum *archebulium hemiepes, quod constat duobus dactylis et spondeo* — ◡ ◡ — ◡ ◡ — —)

„eruerint Danai quae
emicat Oceano lux“.

Primum metrum quod archebulium logaoedicum nominatur est decasyllabum alcaïcum[1]), alterum est versus qui vocatur hemiepes[2]). Cum hoc Plotiano loco si Marii Victorini verba (VI. p. 111): *his logaoedicam metri speciem quae et enoplios et archebulios dicitur, non absurde coniunxerim, adaeque dactylici metri subolem, scilicet cum trochaïca basi versus clauditur duobus vel tribus vel quattuor dactylis praeeuntibus prout carminis mensura aut ratio exegerit. cuius generis est etiam hoc,*

---

1) cf. Hephaest. p. 47. Tricha p. 20. Caes. Bass. VI. 269 Mar. Victorin. VI. 111. 126. Serv. Cent. IV. 466.

2) Mar. Victor. VI. 73. trimetrus autem acatalectus, qui e tribus (dactylis constat) hoc hemiepes dicitur. cf. Mar. Victorin. VI. 119.

quod ex duobus dactylis et duobus connectitur trochaeis et appellatur alcaïcum decasyllabum ut est

„laurea Nyctelio corona“

item e tribus dactylis et duobus trochaeis ut

„quadrupedante ciet pede primus aequor“

rursus e quattuor et duobus trochaeis, ut

„Romulidae pedites Arabum populis amici“

quae species et in anapaestico versu reperietur, ita dumtaxat ut postrema eius clausula bacchio a brevi incipiente terminetur, contuleris, statim apparebit, quomodo versus alcaicus decasyllabus significationem accipere potuerit archebuleï. Etenim Marius Victorinus nomen archebuleï quod primitus uni tantum metricae formae (◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ ◡ — ◡ — ⏓) inditum erat, ad omnes versus qui eodem modo atque archebuleum clauduntur transtulit prorsus non respiciens utrum anapaestico an dactylico ictu acuerentur. Attamen appellationem ita intellegendam voluit, ut tamquam ad genus totum attineret, cuius species sua quaeque significatione uterentur. Quod ex ipsius verbis intellegere potes, cum dicat: *cuius generis est etiam . . . alcaïcum decasyllabum.* Sed Marius Plotius certo metro, quod apud omnes qui aetatem tulerunt scriptores alcaïci nomen adhibet hac certa appellatione omissa significationem archebulei dedit.

Jam vero inspicias quaeso alterum qui a Plotio archebuleus vocatur versum.

Qui hoc metrum archebuleum nuncupari potuit? Convenitne huius metri forma in illam definitionem, quam Marius Victorinus l. l. nobis praebet? Nullo modo quicquid comminiscare. Alia igitur via conemur has difficultates solvere. In metro logaoedico archebuleo Plotium eundem atque Marium Victorinum secutum esse fontem — scilicet Iubam metricum, — ubi alcaicum decasyllabum sive species archebulei nominaretur sive ex archebuleo derivaretur[1]) constare videtur.

Versus autem qui hemiepes appellatur cum ex alcaïo decasyllabo ultimo pede sublato oriatur, in Plotii fonte versum

[1]) cf. Mar. Victor. VI. 126, Caes. Bass. VI. 269.

alcaïcum sequebatur ita ut ambo versus quodammodo ex metro archebuleo originem traherent. Hoc modo fieri potuit, ut Plotius versibus derivatis eius nomen daret e quo nascerentur. Quamquam haec incertiora me protulisse sentiam, tamen reticere nolui, quia aliter illam significationem irrepisse mihi non possum persuadere.

Iterum igitur hoc exemplo affirmatur, quod Keilius exposuit in praefatione ad Marii Plotii artem grammaticam (VI. p. 423) eum multa neglegenter scripsisse et metricae artis parum esse peritum.

Aliud neglegentiae exemplum in capite quo de anapaestico metro agit invenitur. Postquam (VI. 531. 25) recte dimetrum catalecticum et (VI. 532. 2) dimetrum acatalectum tales esse versus demonstravit, qui quattuor constarent pedibus, trimetrum acatalectum simplex (VI. 532. 10) talem versum esse docet, qui tribus pedibus et dimetrum acatalectum simplex (VI. 532. 13) qui duobus pedibus contineretur. Eodem modo tetrametrum et pentametrum ex quattuor et quinque pedibus constantia enumerat. Quomodo hic error invaserit cognoscere possumus. Cum enim inter anapaesticos versus insereret proceleusmaticos, miscuit duas illas leges quas Mar. Victorinus VI. 99[1]) et Heph. p. 53[2]) tradunt, anapaestos per dipodias scandi, procoleusmaticos autem per singulos pedes.

Fontium igitur ex Hephaestione unus pendet, ex quo usum illum, ut unicuique metro proprium et singulare additamentum adnecteret, hausisse parum verisimile, cum Hephaestio ipse metra, quae variis formis utuntur, numero syllabarum adiecto inter se discernat.[3])

Alter fons, Iubae scilicet ars metrica, cum non iam exstet

---

1) *nam ex dimetro anapaestico tetrameter proceleusmaticus figurabitur versus, longa eius in duas breves soluta et syzygia in simplices pedes divisa.*

2) *τὸ τετράμετρον προκελευσματικὸν γίνεται ἑκάστου τῶν πρώτων τριῶν ποδῶν ἀναπαίστων λελυμένου ἐις τὸν προκελευσματικὸν, δίμετρον ἀκατάληκτον ἀναπαιστικόν.*

3) Exceptis metris, quae a Simmia poëta nomen acceperunt, quorum alterum *Σιμμίειον* (Heph. p. 72. 3 cf. Tricha p. 16) alterum *Σιμμιακόν* (Heph. 66. 4 cf. Tricha p. 32) nominat.

neque nisi ex Mario Victorino reconstruenda sit, apud quem hic usus metrorum appellandorum non occurrat, tantum abest ut putem Plotium hunc usum ex fonte hausisse, ut ipsum apposuisse[1]) singula additamenta, quibus variae metrorum ab uno poëta nominatorum formae seiungerentur, arbitrer.

Atque Plotium quoque in universum antiquam tradere nobis rationem metricam, quamquam singulorum metrorum formas partim ipse auxit partim amplificatas ab iis quibus usus est metricis retulit, dubitari ex tabula quam supra p. 3 composuimus non potest.

---

[1]) Plot. VI. p. 538 metrum ◡ — — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — nominat *dochmiacum trimetrum catalecticum euripideum antispasticum.* Nomen euripidei eam ob causam metro dedit, quia nascitur antispasto anteposito heptasyllabo euripideo.

Vita.

Natus sum Oscar Emil Ferdinand Leichsenring Sedini a. d. VIII. Cal. Februar. a. h. s. LXII patre Hermanno, quem morte ante hos tres annos mihi ereptum lugeo, matre Anna e gente Kniebusch adhuc vivente. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbutus a. h s LXXII, cum pater migraret Berolinum, gymnasium Fridericum Guilelmum, quod nunc sub auspiciis Hermanni Kernii floret, frequentavi. Maturitatis testimonio instructus vere a. LXXXII civibus academicis almae matris Berolinensis adscriptus per ter sex menses studiis philologicis operam navavi. Postquam per unum annum patriae legibus obstrictus stipendia meritus sum, denuo studiis per tria semestria incubui. Docuerunt me vv. dd. Bastian, Bresslau, Curtius, Deussen, Diels, Droysen, Feller, Hischfeld, Hübner, Kiepert, Kirchhoff, Paulsen, Schmidt, Schmoller, Semisch, de Stein, de Treitschke, Vahlen, Zeller. Praeterea interfui exercitationibus archaeologicis a Curtio, philologicis ab Hübnero institutis. Vere a. LXXXVI almam matrem Gryphisvaldensem adii, ubi me docuerunt vv. dd. Kiessling, Maass, Rehmke, Susemihl. Kiessling et Maass benigne mihi concesserunt, ut seminarii philologici sodalis essem extraordinarius per sex menses, ordinarius per tria semestria, Rehmke ut exercitationibus philosophicis adessem per unum annum. Quibus omnibus viris optime de de me meritis gratias ago quam maximas. Kiesslingio et Maassio, qui singulari semper liberalitate et benevolentia studia mea adiuverunt, quantum debeam scio nec unquam obliviscar.

Sententiae controversae.

1. In versibus creticis quibus binos vel ternos choriambos inseruit Plautus animi perturbationem depingere vult.
2. In Aeschyl. Eumen v. 119 conicio: *φίλοις γάρ ἐσμεν οὐκ ἐμοῖς προςίκτορες.*
3. Aristoph. equit. vers. 260 usque ad vers. 265 ita sunt sanandi, ut cum Brunckio vers. 264 et 265 ponantur post vers. 260.
4. In Plaut. Bacchid. v. 1127 scribendum est: *in anno rerin tu ter has tonsitari.*
5. In Aeschyl. Pers. v. 136 pro „*πόθῳ φιλάνορι*“ propono „*στόλῳ φιλάνορι*“.
6. Sententiae quam Curtius (kleine Schriften II p. 236) affert: *die Griechen vergassen wenigstens in späterer Zeit bei dem Worte ἐλεγεῖον bisweilen das Vermaass* non repugnat Pherecratis fragmentum (Meineke com. gr. II. 335):

   καὶ εὐθὺς ἔλεξ' ἐλεγεῖα·

   „*Μηδένα μήτ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν*
   μήθ' εὕδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδη“.
7. In Plaut. Trinum. v. 268 conicio: *sunt tamen quos miseros amplius aequo habeas.*